



*G 44.23*  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
*VII-56*  
SIGNAT. *c. 1500 CCCXIII.*

17

L A B Y R I N T H V S  
Variarum & inter has periculosa rum  
aliquot opinionum  
*Dc*

P O T E S T A T E  
R O M A N I E P I S C O P I ,  
*Cujus hac initia  
Spirit u Sancto largiente vires,*

P R Ä S I D E  
P A U L O R Ö B E R O D.

Profess. Past. & Superint. VViteb.  
*Pro licentiā honores in SS. Theologīa Doctorales  
ad eundī defendenda in se suscipient*

M. JOHANNES KOTZEBUE MAGDEBURGEN-  
SIS Ecclesiaz Patriæ ad D. Jacobi Pastor,  
Consist. Assessor, Scholaz Ephorus.

M. BALTHASAR FURMANUS, Ecclesiaz  
Clödensis Præpositus & Superintendens;  
*In Auditorio Theologico ad diem 4. Decembr. an 1628. horis  
ante ac pomeridianas*

---

W I T E B E R G A E  
Typis JOHANNIS HAKEN, ANNO 1628.

Natalium splendore, virtutum eminentia, meritorumque publicorum in  
Patriam copiam Nobilissimo viro,

Dn. CASPAR O<sup>h</sup>à Schönb ergk / in Pülsnig vnd Gütig & chæreditario, Magni Electoris Saxoniae JOHANNIS GEORGII &c. Con*stitu*ti*on*um secretiorum Directori, per Dei gratiam, felicissimo, & Judicij Appellationum, quod est in Electorali aulâ Sax. Dresdensi, Præsidi Magnifico:

NEC NON

Protosynedri Ecclesiastici Dresdensis Præsidi & Assessoribus  
eminentissimis:

Nobilissimo & Strenuissimo Viro,

Dn. Friderico Messch / in Reichenbach & Griesen hæreditario, aulae  
Elect. Dresd. Consiliario, Judicique appellationum Assessori &c.

Reverendissimo, Nobilissimo, Admodum Reverendo, Magnificis, Amplissimus, Consultissimus & Excellentissimus Viro,

Dn. Matthiae Hoë ab Hoënegk, in Gönsdorff / Ober & Niedere  
Bachwiz hæreditario, S. S. Theologæ Doctori celeberrimo, Sa-  
cri Palatii Lat. Comiti splendidissimo, Serenissimo Electori à Sacris  
Confessionibus, consilijs & concionibus primariis,

Dn. Aegidio Strauchio, S. S. Theologæ Doctori Eximio, Ecclesia  
Dresdensis Pastori & Vicinatum Superintendenti vigilan-  
tissimo,

Dn. Leonharto Köppelio, JCto insignissimo, Serenissimo Elec-  
tori Sax. ab Appellationum Consiliis,

Dn. Nicolao Helfrichio, J. U. Doctori celeberrimo,

Dominus Matenatibus omni officiorum genere submisso semper excipenda.

Salutem & obsequia;



Uod de aulā in veteri versu est , Generosā  
Nobilitate , perquām Reverendā Dignitatē,  
Consiliis, usū reūm, varijsq; meritis eminentissi-  
mi Viri, Patroni Spectatissimi;

*Multos beavit aula, plures perdidit,*

*Quin hos & ipsos, quos beavit, perdidit:*

id, quanquam à veritate non ad eō alienum esse justo commen-  
tario doceri poterat, rectius tamen, meo judicio, afferitur atque  
usurpatur de MILITIA:

*Multos leverarunt arma, plures deprimunt,*

*Innōm̄ hos & ip̄sos, quos leverarunt, deprimunt.*

Omnino enim executio seu expeditio bellica, quamvis aliquos  
spolijs, licentiā & honoribus, beare ad tempus soleat, plures ta-  
men ex utraque militantium parte, (utriusque enim pœna est  
bellum) imo etiam non militantes miserrimè pessundat, discri-  
ciat, enecat. Quin & illi sāpē, qui bellicā fortunā vel ad cœlum  
elati sunt, ut digito illud tangere videantur, tanto gravius da-  
mnum accipiunt, quām illi quibus dederunt, quanto exitiosius  
est conscientia ac famæ jacturam facere, quām vitæ aut faculta-  
tum. Sanè neque militiam neque milites omnes detestamur,  
sed dolemus paucissimos esse, qui sic militent patriæ, ut simul  
Christo serviant, ac non potius probro sibi ducant, in militiā  
probum esse.

Hinc adeò fit, ut sancti Patres iniquiora interdum judicia de  
bellis, seu de bellatorib⁹ potius ferre videantur, Ita sanè S. Cypri-  
anus, martyr & Episcopus celeberrimus lib. 2. ep. 2. Cerne tu itine-  
ra latronibus clausa, maria obessa prædonibus, cruento horrore castro-  
rum bella ubiq; divisa. Madet orbis mutuo sanguine, & homicidium  
cum admittunt singuli, crimen est, virtus vocatur, cum publicè geritur.

*Impunitatem sceleribus acquirit non innocentia ratio; sed sevitia mag-  
nitudo. Quibus de verbis hoc judicium tulit Erasmus: Videtur  
nullum facere discrimen inter homicidium & bellum, nisi quod hic pa-  
blicè occiduntur plures; verum hoc intelligendum de bello injusto, cuius-  
modi sunt pleras; & haud scio, anomalia, ut nunc quidem geruntur. Ac  
propterea idem Erasmus in Pontifices graviter nonnunquam  
invehitur, quod bellorum spargant semina. Ita enim ad quæ-  
stionem Hedibie primam ab Hieronymo solutam tom. 4. p. 70.  
Atqui ad hæc Pontifices condonationibus admissorum invitant & cœ-  
lum promittunt cædentiibus. Sed Hieronymus Pauli doctrinam secutus  
ad illa temporare spexit, non ad hæc, in quibus omnia ferè diversa sunt.  
Olim trucidabantur Christiani, nunc trucidant: olim deiiciebantur pos-  
sessione, nunc alios deiiciunt. Et ad quæst. undecimam: Longè alium  
triumphum Christianorum fecit, quam nunc vulgo querunt. Vidimus  
enim triumphos aliquot Julij secundi, multum ab hac formâ dis-  
crepantes, ac significat apostolicos viros sanguine vincere oportere, non  
armis, & Christianam religionem optimè defendi sanguine. Neque  
Julium secundum modò, sed alios quoque Pontifices arma juvise,  
vetus Cantilena est, multo Christianorum sanguine decan-  
tata. Quàm cruenta Saturnalia ediderunt, funestasque tragæ-  
dias, de unico illo capite, non politico Christiano Magistratui, sed sibi  
competere investituras Episcoporum ac confirmationes & Quot prin-  
cipes concitatavit Pontifex in bellum contra Electorem Mogun-  
tinum, nolentem consentire in postulatum iniquissimum, sine  
Pontificis consensu. Electores Imperij non convocandos esse & Intellige-  
rent utinam & Catholici & nostri, quibus in periculis versen-  
tur. Sanè non cadere in vulgarem prudentiam, quid moliantur  
pacis quidam turbatores, rectissimè scripsit magni nominis au-  
tor.*

*Ut igitur quod volo deveniam, Patroni maximi, quemad-  
modum bello nulla est salus, Christianorum præsertim in Christianos,  
sic ut bonus quisque in votis unicè habere debeat, reprimi  
tandem à Dco omnem militiam, omnem malitiam; ita vicissim*

*ARMAS.*

armatura nostra literaria, summa pere urgenda est, & ad illam maximè hodie necessariam pro salute hominum omnes vires conferendæ. Ut in anno prophetarent, omnes profunditatibus disabolis resisterent, omnes, qui non remum sed calamum ducere didicerunt, fidei rationem redderent ac defenderent! Sanè non licet nobis tam beatis esse, ut officio defuncti videamur, si ad ædificandam Solymanum clementia conferamus aut digeramus, sed altera manu opus faciendum est, altera tenendus gladius (Neh. 4. 17.) gladius, inquam, Spiritus, qui est verbum Dei (Eph. 6. 17.) ut contradicentes possimus arguere (Tit. 1. 9.) Multi sunt, qui religionis dissidia tanti non esse censem, ut pericula fortunarum vel capitum propterea subeunda sint; longè scilicet circumspectius hodie loqui adversarios, & è tenebris ferè emersisse, ut consultum minimè sit, ob residuas aliquot controversias cœlum terræ miscere velle. Hoc verò an non sit supra sapientiam sapere, lupum metuere, Christum cum Belial conciliare, tepidum esse, perizonia necesse, cordatus quivis astimet. Nobis placet Davidis sinceritas, hoc trigono conclusa: Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis (Psal. 116.) Ita sanè ubi fides in corde est, professio erumpit in verba, comite licet tribulatione ac martyrio. Sunt, qui satis jam librorum prostare putant, actutius esse mortuorum παρόντων opponere adversarijs, quām vivorum οὐαντοῖς χερσά ται, quid enim? si nostrā importunitate tūm nobis tum toti Ecclesiæ creemus periculum? Ego & si concesserim satis librorum prodijſſe, imò vel unicum illum, quo Protestantes explicant casas recusati Concilij Tridentini, tantum habere nervorum, ut nemo qui attentè legat, sine stimulo conscientiæ vel fieri vel esse possit Romano-Catholicus, tamen lupis ovinis perdentibus nos esse debere Mutios, Tacitos, Silios, nego atque pernego, ut quis sit παρόντων, nō suadeo, sed ne tamen πιστόπεις sit, moneo. In oculis versentur heroica magni Lutheri verba: in c. 45. Genes. Et ut maximè sinat vitam bona, uxorem, liberos eripi à Populo aut Turcā, Quid sit Tollitur præsens vita, ut restituatur alia & longè

longè melior. Quia Deus potest dare, & dabit haud dubie plura quam  
unquam largitus est.

Hoc verò tempore in primis necessaria est hac doctrina, quo videmus  
Pontificem cum suis complicibus crudeliter fremere & servire, multos bo-  
nos & sanctos viros cum uxoribus & libris in exilium agi, omnibus bonis  
exuli, & atrociter trucidari. similiter & Turca grassatur immaniter.  
Ita, in media morte versamur, & mundus ruinam minatur. Sed Do-  
minus vivit. Omnia sunt creatoris, qui est Pater omnipotens. Non  
igitur respiciamus magnitudinem calamitatum & potentiam eorum, qui  
persequuntur nos, nec nostra, aut conjugum & liberorum, pericula nos ter-  
reant, sicut Joseph non spectat carcerem, infamiam, mortem, tristissima  
& horrenda objecta, sed pendet ex verbo & credit in Patrem omnipoten-  
tem. Quid si Turca aut Papa vivos nos deglutiunt, quid faciunt? Mer-  
tem, miseras & erumpas nostras absorbent, & commutant hanc calami-  
tosam vitam cum aeternâ, si modo credimus in Patrem Omnipotentem.  
sed interius destruitur religio, inquires: Quid tum postea? Was liegt  
daran/lass Gott walten und das für Sorgen. Domino id cure  
erit, ut Ecclesia servetur, & sanctum semen in terris. Certè Joseph mitte-  
batur ad Agyptios, barbarem & impiam gentem, & ignoram Dei, ubi  
ingens periculum erat, ne pravis dogmatibus & superstitione animus te-  
ner imbutus seduceretur. Sed exitus testatur, illam ipsam missionem &  
periculum fuisse causam plurimorum bonorum. Ita possibile est Deo, ut  
aliquos etiam ex nobis servet, qui sint seminarium Ecclesiae, Turcæ & ho-  
stibus Dei pessundatis. Non enim alio sine finit eos furere & grassari,  
quam ut destruantur & pereant. Interea tamen Evangelij lux paulatim  
magis & magis propagatur. Nos modò pergamus credendo, docendo, pat-  
endo, moriendo. Nam & ipsis quoque pereendum erit. Sic nihilominus  
tu trucidaris, inquires: Quid tum scio mihi discedendum esse ex hac vita,  
ideò nihil moror, sive à Papâ, sive à Turcâ occidar. Ego credo in Christum,  
hunc confiteor & invoco. Eszürne oder Lache wer da wil. Hu-  
jusmodi plura heroici Spiritus plenissima passim Megalandes  
Lutherus inculcat, in epistolis præsertim suis, Augustam con-  
scriptis, cum in acie novaculae versari videretur. Evangelicae ve-  
ritatis

ritatis professio. Faceant igitur humanæ sapientiæ ~~μελάγχατος~~,  
quibus Ecclesiæ ruituræ columnas, atque tibicines tubstruere mi-  
seri homunciones volumus, similes icunculis illis lignieis vel ar-  
gillaceis, quibus innititur tota ædificij alicuius structura.  
Firmius altiusque defixum fundamentum habet Ecclesia,  
quam ut potentiam humanam vel subverti possit, vel defendi de-  
beat.

Sed & aliud quibusdam in mentem venit, frustra nimisrum  
obviam iri erroribus Papalibus, cum justa Dei ultio illis denuo  
nostras regiones, effracto quasi aggere, velit obrui. Nimio enim  
Evangelicæ libertatis abuso, Ecclesiasticæ potestatis conteintu,  
verbinausea, ministrorum ludibri, similibusque facinoribus  
indignissimis, mereri nostros homines, ut per tenebras Pontifi-  
cias, per jugum Italicum, per exactiones Officialium, ~~τριπλός~~  
humanae coacta vora, ceremoniarum onera, reliquiarum lu-  
dibia, indulgentiarum mercimonia, peregrinationum spectacu-  
la, jejuniorum inanias, monachorum infanias, confessionum  
aucupia, satisfactionum supplicia, præbendarum retia, à justo  
viadice puniantur.

Sed absunt tam diræ imprecations, atque sinistram ominati-  
ones! orandus Deus noster ad aliam, ne secundum merita, sed  
paternam fernam, nos castiget, gratiam interim suam à filiis ne aufe-  
rat, & gloriam suam lannis ne exponat irrisorum; urgendusque  
populus omni ope, precibus, minis, lacrymis, ut dignè vivat Ev-  
angelio, utque maximi, medioxumi, cum Ninivitis seriam a-  
gant pœnitentiam. Novimus quæ peccata nos premant, & illo  
S. Cypriani utimur: Nec dicatis mala accidere, quia dij vestri à nobis  
non colantur; sed sciat is esse hanc ira Dei censuram, ut qui beneficijs non  
intelligitur, vel plagi intelligatur ( tractatu primo contra Democ-  
trium) Interim veritatis & religionis causa non deserenda  
est, vel prodenda silentio.

Quod cum pensi haberem, Patroni maximi, mei omnino  
muneris esse duxi, præliari præium Domini, ac pro Ecclesiæ  
salute.

salute agere excubias. Aggressus itaque sum, Deo duce, ~~ad~~<sup>ad</sup> Pontificiæ potestate, eamq; commissis inter se adversarijs proprijs ipsorum arietibus expugnandam exhibui. Quid præstiterim hac in parte Vestrarum Nobiliss. Magnif. Sit judiciū, qui pro fidei sinceritate tantam præstant CIS T O fidem, ut omnis, si qua futura est posteritas ipsorum merita æternis præconijs sit celebratura. Vivite ac valete, primi pilares Christi milites regiminis Ecclesiastici Politique defensores præcipui, atque æternum salvete, saluberrimiique Consilijs Magnum Ecclesia Nutritium adjuvare pergit. Floreat aula Eleitoralis illustrissima, ut nullo unquam tempore consepta RUTÆ suavissima vel à vulpibus vel apri divalentur. Audier preces nostras Deus, si modò nos ipsum audierim⁹, & tria quatuor Crimina, cœlum aduersus nos invocantia, mature correxerimus. Quod nisi fiat, nec oratio nec labor noster quicquam proficiet; imò irati Dei signum futurum esset, non irasci nobis, seu potius non applicare illa cauteria, quæ aliorum luxuriæ morbisque sanandis adhibuit. Is ergo toti huic Elektoratui cor largiatur Ninivitum, ut poenam à nobis æquè ab alijs promeritam, à Deo jam decretam & per fecialem coelestem indictam, ab hominibus promissimè exquendam, salubriter prævertamus atq; evadamus Amen. Ita voverat vobis, dum vivet,

G. V. N. & M.

Studioſiſſimis debitōr,

*Paulus Röberus D. qui haec scripsit.  
Witeb. Kl. Dec. 1628.*

LABY

# LABYRINTHI VARIARUM OPINIONUM DE POTESTATE

Romani Pontificis

περὶ λόγου.

I.

Cturi, bono cum Deo, de jure ac pō-  
testate Romani Pontificis, de quā tot Imperato-  
res, Reges, Republicæ, Theologi, ac Jureconsulti  
sine ullā hæresē notā, sine crimine laſe Majesta-  
tis, egerunt, protestatum initio solenniter, nos in  
Magistratum à Deo ordinatum calamū non firin-  
gere, aur per ianus Romani Pontificis status seculares confossum ire,  
Abſit calumnia, abſit suspicio, abſit injuria: Novimus Dīs non detra-  
bendum esse, & Principi populi non maledicendum: Novimus omnem ani-  
mam in potestatibus sublimioribus esse debere subditam, Quod ipsum Pohi-  
fici Romano sepius inculcamus, Chrysostomo præsertim Clericos  
adeo non eximente, ut exp̄r̄f̄ statuat, subditum esse oportere ETI-  
JAMSI APOSTOLUS SIT, SIVE EVANGELISTA, SIVE  
PROPHETA, SIVE QVISQVIS TANDEM. Neq; enim pietatem sub-  
verit ista ſubjectio.

Quemadmodum & ab Anabaptistarum furoribus & ab omni pe-  
riculo capita Magistratum ſcuto verbi divini defendimus.

II.

Extendimus hanc assertionem ad hos etiam Magistratus, qui à  
religione noſtrā fideique profētione alieni ſunt. Pro illis etiam  
vota ſolvenda eſſe ſtatuumus; id quod etiam quotidiana prāxi expri-  
minus atq; usurpamus, memores Apoſtoli monitus; pro Regibus &  
omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt; cum omnes homines salvos fieri ve-  
li; Deus & ad agnitionem veritatis venire. Otabant Iſraelitæ pro vīa  
Nabue

Magistratū  
tibus obe-  
dendum.

Exod. 22, 1  
28, 9  
act. 23, 5.

Rom. 13, 1.  
Chrys. in  
1, 13. Rom.

I. Etiam  
hetero-  
doxie.

I. Tim. 2,  
v. 1. 2.  
5.

## LABYRINTHUS OPINIONUM.

Barnet. c.  
v. II.

Nabuchodonosor, & pro vita Baltasar filij ejus, ut sint dies ipsorum sicut dies eoli super terram &c. ut inveniant gratiam in conspectu eorum.

### III.

Et cohorrescimus toti ad dogmata illa ignitissimorum sub Regno Pontificis ingeniorum, quibus de regibus heterodoxis quoquo modo tollendis agitantur consilia. Publicè proslat vox Jesuitæ Cresveil, sub nomine Andreae Philopatris, contra editum Regiae Angliae (sc. Et. 2. num. 160.) obligatos esse subdatos ad principes hereticos depellendos, qui fidei Catholicae injuriosi sunt, si modo vires ad hoc habent idoneas. Et num. 126. subditos hujusmodi principes suos non tantum legitime posse disturbare, sed etiam ad hoc preceptor divino & vinculo ardissimo ac extremo animarum suarum periculo teneri. Publicè innotuit Johan. Marianæ detectabilis Consultatio lib. i. de rege cap. 7. pag. 65. & 67. Quid interest, ferro an veneno perimas? Veneno, quod fit minore periculo & majori impunitatu spe: Hoc tamen temperamento, me auctore, veneno uia licet, si non ipso baurire cogitur, quo concepto periret, sed exterius ab alio exhibetur, nihil adjuvante eo qui perirendus est: nimurum cum veneni tanta vis est, ut sella eo aut ueste delibetâ, vim interficiendi habeat. Et in fine ejus c. pag. 68. concludit, in ejus vitam grassari quacunq; arte concessum, ne cogatur tandem sciens aut imprudens sibi confusre mortem. Et ex hac doctrinâ fluxisse apparet, Quod Jesuita Richardus Walpot. socius Marianæ, Anglum Edvardum Squirre veneno instruxisse scribitur; quod Regiae Angliae & Essexio non edendum aut bibendum præbet, sed quo sellam tantum inungeret, ut ex ejus contactu uterque moreretur.

### IV.

ub. 3. de  
Roman.  
Pontific.

6. 7.

Imò quid ipse Bellarmine de auferendis Regibus, principibusq; hereticis disputatione, in omnium oculis versatur. Neque Beccani sententia nos latet, vel Tanneri & aliorum.

### V.

Unicum, quod novius, non abs re huc ponendum est, ex quo varia patescent, quorum in hac diaconie usus erit, in primis vero illud, quantam sibi potestatem sumant isti homines in reges ac principes, non hereticos tantum, sed & aliis nominibus ipsis invisos. Sparsit Sanctarellus Iesuita propositiones aliquas, quibus cum jugula regum atq;

## DE POTESTATE RÖM. EPISC.

atq; principium peti non obscurè intelligerent Theologi Parisiensis,  
hoc quod sequitur judicium publicum de illis tulerunt:

### VI.

Censura Sacrae Facultatis Theologicae Parisensis contra potestatem temporalem Papæ.

Die prima Aprilis Anno 1626. post Missam de Spiritu Sancto, habitie solenni more & usitatis comitis in aula Collegii Sorbonæ, de impi libro Sancta-welli Jesuï, audita est relatio doctorum ab eadem facultate selectorum, qui exposuerunt, in duobus illis capitibus, que ipsis notata fuerant, sequentes propositiones comineri: Papam posse paenitentia temporalibus punire Reges & Principes, eosq; deponere & regnum suis privare ob crimen heresim: eorumq; subditos ab illorum obedientiâ liberare: eamq; semper in Ecclesiâ fuisse consuetudinem: Et non tantum propter heresim, verum etiam propter alias causas: ut pro delicto, si expedit; si principes sunt negligentes, propter insufficientiam & iniuriam suarum personarum. Item: Pontificem ius & potestatem habere in spiritualia simul & temporalia: Et hanc ipsam potestatem Papam habere jure divino: credendum esse, Ecclesia summorum ejus pastori concessam esse facultatem puniri temporalibus paenitentia (principes) qui peccant contra leges divinas & humanas, praetertim si crimen ipsorum est heresim. Dixerunt etiam, eundem Sancta-vellum affirmare: Apostolos fuisse quidem subjectos Principibus secularibus, verum de facto & non de jure. Item: statim atq; constituta est Majestas Pontifícia, omnes Principes capisci illi subjectos esse: Breviter: Reculerunt, authorem hunc explicare verba Iesu Christi: quodcumq; ligaveris super terram, erit Matth. 16. ligatum in celo &c. non tantum de potestate spirituali, sed etiam de tempora-  
li: ipsum etiam depravare & corrumperem extremum S. Pauli, detrahendo negationem: & assingere etiam authoribus à se civitatis talia, que ipsis ne per somni-  
um quidetur in mentem venerunt; concudentes, hoc & multa alia, que re-  
dedit nobis  
zulissent, gravi facultatis animadversione & censurâ dignissima esse. Reigitur dominus in  
in deliberationem à D. Decano adductâ, auditis etiam omnium Doctorum edificatio-  
sentibus, & votis ipsorum collectis bene trutinatis, Facetas improbarit & nem & non  
damnavit doctrinam in his propositionibus, & allegatorum capitum conclusi-  
onibus, tanquam novam, falsam, eroneam, verbo Dei contrariam, dignitati in destru-  
ctionem. Poniticia odium conciliantem, schismati largam portam aperientem, su-  
prema Regum autoritati à solo Deo dependenti, derogantem, principum insi-  
stelium & hereticorum conversionem impidientem, pacem publicam turban-  
tene

## LABYRINTHUS OPINIONUM

tem, Regna, Status, Republicas euententem; breviter; subditos à debitâ ob-  
dientiâ, quam superioribus debent, avocantem, liberantem, & ad fæctiones,  
rebelliones & seditiones & principum patricidâ excitantem. Datum in Sor-  
bona; die & anno praesentia & recognitum die 4. April. 1626.

De mandato D.D. Decani & Doctorum  
Sacrae Facultatis Theologicæ Parisiensis.

Signatum,

P. H. Bovvot.

Ex quâ Censurâ, quæ & Gallico & Italico idiomate redditâ est,  
tum machinationum istiusmodi continuatio, tum detestatio elu-  
cescit.

VII.

Ad talia inquam dogmata, quæ suo loco fusiū declarabuntur;  
& nos obſupescimus proſus & contremiscimus, ac docemus nō o-  
ſtros, Evangelium non abolere poliſias, non propagari armis, carna-  
libus, non tollere fidem datum superioribus.

IX.

Neque tantum mitibus seu benignis dominis sed & duorum  
etiam obsequiam preſtandam esse statuimus. Monemus enim  
rigidus. cum Samuele, quid sit jus regium, cui sanè contraire non licet; ſive de  
i. Pet. 2. 18. usurpatione ac consuetudinē ſive de juris aequitate loquatur. Doce-  
Gen. 49. mus, quid juris, in caſu nec eſtitatis ac pro ſtatu publico conſervan-  
y. 5. 6. do, Magiſtratus in bona ſubditorum habeat, & à ſeditionibus ac rur-  
Pſal. 110. bis noſtros dehortamur. Si Simeon & Levi vafa ire bellantia, in conſilium  
y. 3. eorum, non venit anima noſtra, Judæ tribui, Judæ benedictioni ad  
hærēscimus, ac in Siloh noſtro, Domino Iefu Christo, gentium fa-  
lute uicē acquiescimus; Is ad dexterā m Patris poſitus gubernat Ec-  
clēſiam, ac ia medio inimicorum dominabitur.

IX.

Extendimus hanc obdientiam etiam ad Episcoporum ſubdi-  
3. etiam E tos, quos à fidelitate superioribus præſtandā in politicis & externis  
pſcop. R. I. minimè absolvimus. Quamquam enim Episcopi ſecularem jurisdictionem  
i. Pet. 2. 13. divino jure non habent, ea que cum Ecclesiastica potestate,

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

in dōcēndō Evangelio, administrandis sacramentis & exercitio clavium positi, non confandēda est: professi tamen sunt Augustani. Confessores, se in hoc vīm non esse facturos, non agi ut dominatio eripiatur Episcopū, sed hoc unum peti, ut patiantur Evangelium pure doceri, & relaxari quādam observations, que sine peccato servari non possunt (A. C. de potestate Ecclesiastica) concedere se, quod Episcopi potestatem glādij quam habeant, humano jure habeant, donatam à Regib[us], & imperatorib[us], ad administrationem civilem suorum bonorum (ibid.) Sic in Apologīā (tit. cod.) aper testati sumus, nos politicas ordinationes & donationes Principi & privilegia non reprehendere. Item sunt sane Episcopi iuxta polītiā canonīcam, quam non reprehendimus. Id est, Episcopos aliter describit Evangelium; aliter constitutio Juris Canonica; secundum Evangelium Episcopi non possident jura secularia, sed sunt ministri Ecclesiae. Ex jure verō humano afficiunt ad partem curae Imperij, atque ita jurisdictionem exercēt secularem.

### X.

Id quod ad Romani etiam episcopū subditos ac regna propria extenditur. Ita enim celebris quidam juris Doctor religioni Protestantium addictus: Ergo quoad potestatem Politicam, & quatenus politici Magistratus sunt, omnes illi, qui Pontificis, Archiepiscoporum, Episcoporum subditi sunt, illis ut magistratibus suis, quoad res politicas, obedientiam jure divino & humano prestare tenentur, non propter timorem modo, ne scilicet ut sediuīs puniri queant, sed etiam propter Conscientiam, id est, ne Deum offendant. Cui porrō consequens est, ut tales subditi suis dominis ad omnias obsequia teneantur, que nos Magistratibus nostris debemus. Vixit Ecclesia Veteri Testamēti sub Monarchis aliquibus, quibus cum verā religione nihil commune esset, Babylonius, Persicus, Græci. Vixit Ecclesia Novi Test. sub Cæsaribus pagani, & qui Christianorum religionem non modo non amplectentur, sed planè extinxerint, tamen Prophetæ Jeremias scribit exulantibus in Babylone, ut pro Rege Babylónico precarentur. Idem Paulus suo Timotheo præcepit. Distinguenda est ergo hic potestas Ecclesiastica à potestate Politicā, utrum Pontifices, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & alii recte faciant usurpantes sibi utramq[ue] potestatem Ecclesiasticam & Politicam, nostrum non est discutere. Videat hac de re, qui volet, Marſilium Parvum pro Cæsare Ludovico, & protestantium Theologorum scripta; sive jure sive injuria magistratum.

Ioh. Dauid  
in prole-  
gem. de  
Testamen-  
tis.

## L A B Y R I N T H U S C O N S I D E R A T I O N E L A B Y R I N T H U S C O P I N I O N U M

gistratum politicum sibi venditent, illus parendum est in rebus externis & politi-  
cicis. Is autem qui regna de gente in gentem transfert, hanc questionem suo  
tempore, ut justus iudex, discutiet.

### XI.

Hein. Geb-  
hard.

Et alius magni nominis; Planè quantum ad provincias illas attinet,  
quibus ultra hominum memoriam, ut secularis princeps (& quidem supre-  
mus, nullum alium recognoscens superiorum) p̄œf̄t, attinet, negari nequit, Papa  
omnia Majestatis jura ac regalia quaque etiam secularia competere. Et ideo in his  
leges eum condere posse etiam politicas, eademq; abrogare rursum ac tollere,  
privilegia ac dignitates conserve quascunq;, &c. in quam sententiam citat  
Speculator. in d. § nunc ostendendum. Laudens, & alios in d. c. 1. de feud. March.  
Matt h. Steph. d. c. 3. n. 61. Paurm̄ft. d. lib. 2. c. 3. n. 20. uig. ad n. 31.

### XII.

Hæc illi candidè ac pacis propagandæ studio, non turpi aliquâ  
adulatione vel p̄œpostero metu inducti, quod ratio illorum tem-  
porum & status satis evincit, profecti sunt. Quanquam non latebat i  
psos, subditos aliquos Romani Pontificis in libertatem se afferere  
ausos, & multos Italos Imperatori dominium Italiæ detulisse, memo-  
rante Hanonio disib. 3. polit. th. 9.

### XIII.

Sic Leo  
Ottoni I.  
An. 964.

Qui meminit ibidem, audacter dicere Ferr. inform. libel. atl. con-  
fess. gloss. 7. ad verb. plenam & omnimodam num. 1. & 4. Papam violenter  
& manu armata niti detinere jurisdictionem in terris, civitatibus,  
villis & locis, quæ sunt naturaliter & à mundi creatione, & Christi  
ordinatione Imperij Romani. Vide Consilium Ferrat. Pontificæ quam-  
vis religionis addicti, quod benè & sanctè saceret Papa, si totam tem-  
poralem jurisdictionem in manibus imperatoris remitteret, nec ali-  
ter unq. Resp. & maximè Italia quiesceret, &c. & ex hoc status uni-  
versus Clericorum magis redderetur Deo ac populo devotus, ipse  
Papa cum cardinalibus quietius viveret, apud Theod. Reinking, de re-  
gim, secul. & Eccles. lib. 1. claf. 2. c. 5. è Boer, decif. 69. n. 3.

### XIV.

Sic Hein-  
ricus IV.  
an. 1076.

Neque fugiebat illos disputatio, à quibusdam ventilata, repe-  
ti posse à Papâ actione legitimâ terras Imperii, ut Maximilian. I. non  
semel in animo habuerit jura Imperii Pontificatumque eo pertinen-  
tem vindicare, sicut & ante ipsum Constantinus IV. Roman sibi  
reddi

## DE POTESTATE RÖM. EPISC.

reddi poposcerit, referente ē Waremundo ab Ehrenberg de regnū  
subsidiis c. 1, n. 22. Reinkingio claf. 2, cap. 7, n. 107, 108.

### XV.

Sed hæc nostra non facimus: Verum in constitutionibus Imperij sanctissimeque toties iteratis nostrorum Protestationibus de an. 55. 61. 66. 84. 94. &c. acquiescimus, specimine quoq; fidelitatis amicis & inimicis exhibito, illustri constantiā domus Saxonice per tota hæc Germano-Boemici tempora.

### XVI.

Quod si ergò Adamus à Conzen, Ungersdorffius, vel alii, habent, de quo Pareum seditionis aut tribunitiatum Concionum arguant; satis jam perceperunt, nos ab illâ culpâ esse alienissimos, sicut & ante hæc tempora contra istiusmodi consilia protestati fuerunt seffores Cathedræ hujus Wittebergenfis. Ita enim Dn. D. Leonh. Hutterus contra Irenicum Parei: Videris ergo Pareus, quo patto in medium consulere posuit, cum à Papatus C O M M E R C I O QVOCVNQUE ETIAM IN CIVILIBVS cavendum, idz procul fugiendum esse. An hoc non sit seditionis tubam tibiamq; utraque maxillâ inflare in Romano-Imperio, jugident alii.

### XVII.

Fide igitur Candoris sic impetrata, ad rem accedimus, de Romanis Pontificis adeo celebratâ potestate brevissimis acturi. Omne enim hoc iter confidere maghi voluminis, imò magnorum Annalium esset. Tangamus saltem summa capita, id potissimum peñhabentes, ut appareat, adeo hic intricata, dubia, tortuosa & perplexa esse omnia, ut ne ingeniosissimi quidem Papæ defensores inveniant, ubi pedem certo figant.

CHRISTE Canon verbi recto nos trahite ducat,  
In præcepis hominum ne LABYRINTHVS agat.

Amen.

PARS

## LABYRINTHUS OPINIONUM

XVIII.

### PARS sive AREA PRIMA de potestate Episcopi Romani generatim.

I.  
In genere

II.  
An liceat  
de potesta-  
te R. P.  
disputare;

Vt autem in maximè dubiis ambagibus aliquam servemus methodum, placet in genere, I. de potestate Pontificis agere. II. tum ad illam progredi, quam in temporalibus sibi vindicat, & III. in spiritualibus arrogatam sibi auctoritatem excutere. E Generalibus hæc potissimum observata volumus. I. An sine piaculo potesta- tem Pontificis sub-examinis aleam revocare liceat? Videas hic in ipso frontispicio magnum sententiæ diuertitium.

XIX.

Papam enim statuunt esse causam causarum, unde de illius potestate non inquirendum, cum primæ cause nulla sit causa (docente Baldo in c. Ecclesia, ut liceat pendere) & Bellarminus in Epistolâ dedicatoria Tom. I. nullam inter tam multos, quibus hoc seculo oppugnatur fides catolica, graviorem & infestiorum heresin esse scribit, quam conatum labefactandæ Pontificia auctoritatis. Qui Papæ resistit, Dei ordinationi resis- tere, nisi duo (sicut Manicheus fecit) singat esse principia, quod fal- sum & hereticum judicamus: quia testante Mose non in principiis, sed in principio cœlum Deus creavit & terram. c. unam sanctam extr. de major, & obvad. & Zodoricus Zanerensis in suo speculo humanae vita lib. 2. cap. 1. referente Cassan, in Catalogo gloria mundi part. 4. consid. 2. Glossa in c. non nos D. 40. sacrilegii instar esset disputare de facto Papæ ut XVII. q. 4. §. qui autem; Facta Papæ excusantur, ut homicidia Sam- sonis, & furta Hebreorum & mendacium Jacob, ut extra, de Divortiis, §. gaudemus.

XX.

I. Joh 4. 1.  
3. Cor 3. 22.

Hanc aurem Cathedrae Pontificiae doctrinam esse prorsus ty- tannicam libertati Christianæ è diametro contrariam, & consci- entiarum doninatricem iniquissimam, facilè possemus ostendere. Si enim Christi sanguinem in eam asserti libertatem, ut omnia probare possumus. Joh. 4. si Spiritu s. ideo donati, ut omnia ju- dicare liceat 1. Cor. 3. quam intolerabile jugum fore, mancipium esse alienæ sententie. Demus Pontificem Romanum esse Prophe- tam;

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

nam & Spiritus Prophetarum Prophetis sunt subditi. Demus esse i. Cor. 10.  
Apostolum, sed & Apostolus judicium de se fieri mandat: *Judicate vos,* 15.  
sic, quod dico: Demus esse Petri successorem, immo ipsum Petrum: sed i. Cor. 3, 22  
omnia tamen nostra sunt, Paulus, Apollo, Cephas, non igitur nos illius psit. Gal. 1, 8.  
taci. In o. demus Pontificem esse Angelum de celo; atque & illi anathe- Act. 17, 15.  
ma dicere mus; si heterodoxam afferret sententiam Non igitur simpli-  
citer audiendi, sed probandi sunt e scripturis, qui loquuntur, ut Bertho-  
ensium commendatissimum exemplum non docet. Petimus veniam  
justi zeli. Quæ, malum, Bonifacii V 111, absurdissima est argumenta-  
tio: Papam non esse judicandum, quia spiritualis judicet omnia: ipse è  
nemine judicandus? itanè latus fuit orbis Christianus? En quot absur- De hoc ad-  
ditates in hac dicti præposteri citatione? An Paulus de uno Papa? creto Boni-  
de Petro? an non potius de omnibus loquitur, qui Spiritus Sancti facit age-  
templa sunt? Illi omnes qui Θεόν μακροπός jam debellarunt, & spi- tur in pe-  
ritu reguntur, dicuntur esse spirituales, & hi omnia dijudicant. Qua- culari di-  
re in jugulum istius allegatoris hoc telum retorqueri potest hunc in iputatione.  
modum: *Omnis spiritualis judicat omnia. Omnis vere Christianus, sive Lai-* 1. Cor. 2 v5.  
*eus, sive Clericus sit, est spiritualis. E. judicat omnia, E. & Papam. Rursus:* Rom. 8.  
*Papa quidam non est spiritualis. E. Papa quidam non judicat omnia.* 6, 7.

### XXI.

Igitur Pontificij JCTi aurea verba commendo, sic habentia: D. Ioh.  
Adeo quidem ut scriperint, posse Papam, etiam sine causa, suo cle: „Corassi  
ricum privare beneficio, glos. ca. fin. 9, quest. 3, doct. c. quæ in „Thola-  
eccl. de conslit. Absurda sane sententia, & à Christianorum digni- „sani de  
tate aliena. Ita enim non pasceret Petri vicarius oves suas, sed de- „officiis,  
gluberet, necaret, & perderet. Panor. c. si. col. pen. de confir. util. „electio-  
Card. consil. 14. Cum tamen Christus Petrum non tyranum, non „nib. &c.  
inquit Theophylactus, dominum, non regem aut principem fecerit, „  
sed fidum pastorem jussit esse Johan. 2, tertio etiam repetita „  
interrogatione, ut tanta diligentia, futurorum Pontificum animis „  
præclaram hanc sententiam inculcat, cap. significatu, de elect. „  
exorituros non ignorantis, qui amoris Jesu oblieti, populi Christia- „  
ni curam susciperent, vel arriperent potius, pro pastoribus, tyran- „  
nos, prædones & rapaces lupos agentes. Restringenda est igitur

LABYRINTHUS OPINIONUM.

sub ratione potestas Papæ c. illa, n. q. 3. & cum peccandi licentiam non habeat, ca. non nos. 40. dist. negandum cum Leone Pontifice. Petri durare privilegium, ubi iniquè fertur judicium, cap. manet. 24. qu. 1. quam enim autoritatem habet, à Christo optimo habet, cap. quamvis. 21. dist. ca. omnes. 22. dist. Christum autem iniquæ potestatis authorem suisse, verisimile non est. Bart. I. fin. ca. si contra jus Ut explodendos meritò dicat Cardinal. tractat. de union. eccles. perniciosos illos assentatores, qui alicuius authoritatis aucupandæ gratiæ, per fas nefasque Romani Pontificis autoritatem exollunt. Eorum namq. opera factum est, ut errores permulti irresperint tam altis defixi radicibus, ut non nisi maxima vi divelli posse videantur. Neque credendum est, inquit. Papam posse quod libet, sed quod licet. Unde ei non nihil in justum præcipienti parendum uon est. ca. Julianus, ca. qui resistit, n. qu. 3. Veluti si pro clero indignitate in excusabili notoriè indigno rescribat. Aut pro eo, qui moribus est adeo turpibus, ut sine populi scandalo promoveri nequeat, c. si quando de re script. ca. cum teneamus, ut utrobique Pan. de prœbe. Deo enim ne mala agamus imperanti, magis quam Romano Pontifici obædere nos oportet, ca. si dominus, & ca. si is qui præest. §. is qui n. qu. 3. Inno. c. inquisitioni, de sent. excom.

dist. 40. c. si.

Papa.

Libri ut se  
dutiofi abo  
litu.

an. 1589.

§. Aug.

Si à nemine judicandus Papa, nisi sit à fide devius, poterit sanci sibi sumere potestatem tum directivam tum coactivam, sive indirec- tè sive directè, in omnes principes Christianos. Non enim à fide factus est devius Bonifacius VIII. non Sixtus V. qui talia urserunt. Quod si se ita habet, cur ergo censoria virgulæ notantur, imo vero, flammis devoteantur libri, quibus ista potestas astrictur?

XXIII.

Ioh. Mariana libros de Rege publico introdicto abolitos quis necit, quibus scilicet tradiderat, impunè posse occidi reges hæreticos ac tyrannos; meminitq; interfectorum Heinrici III. Galliarum regis à Theologis, quos sciscitatus erat, cognovisse, tyrannum jure interimi posse.

Jesuī

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

### XXIV.

Jesuita *Tympius* et si negare nobis non potest, libros hos publicè prohibitos, illis tamen mirè videtur delectari, quod histoflam tam prolixè in proscenium reducit, etiam judicio Marianæ repetito (exedes cæde expiata; & manibus Guifij ducis per fidè peremti Regio Ianguine est parentatum) & *ωροσώπων* patricidae honorificè depicto (Sic Clemens ille perijt, 24. natus annos, simplici juvenis inge-  
nio, neque robusto corpore, sed MAIOR visvires & animum con-  
firmabat.)

### XXV.

Sed & glaucoma obijcere videtur lectoribus, tam dubia locutio-  
ne, ut ferè nescias quid sibi velit. Ita enim loquitur *Tympius*: sed hi  
libri Marianæ in provinciali congregatione Franciæ à Patribus So-  
ciet. Jesu prohibiti sunt, & si anteā à censoribus librorum (qui in So-  
cietate non erant) approbati non essent &c. Inspexi alteram editio-  
nem, num forte vitium aliquod typographicum in priori fuerit, sed  
cædem voces, ijdem apices.

### XXVI.

De magno illo volumine *Francisci Suarez*, tot approbationibus  
illustrium Catholicorum exornato, annales jam publiciloquuntur,  
quod decreto publico in ignem sit conjectus manu carnificis. Adeo  
egregia in illis leguntur Emblemata, Christiana scilicet moderatio-  
ne dignissima; quorum *ōrōψιν* exhibere possemus, si charta fer-  
ret.

*Francisci  
Suarez  
liber com-  
buritur.*

### XXVII.

Sed & *Recanii* tractatus contra regem Angliæ tanquam fætus  
luce non dignus, & in maiestates injuriis suppressus est, & voce pu-  
blicâ interdictus. Quinimo neque Cardinali Bellarmino parsum-  
fuit, sed cum & ille autoritat Pontificiæ nimium tribuendo regæ  
majestati detraxerit, & oleum adeo igni addiderit; judicium de li-  
bro factum est publicum, quod quale fuerit, malo Danielis Cham-  
eri Delphinatis in ipsâ Galliâ scribentis, quam meis verbis exprime-  
re. Sic autem ille lib. 15. c. 14. de Temporali Papæ potestate in suâ  
Panstratia: Quid plura? Ne quis forte improbari tantum Canonis-

*Vide &  
ap. Golda-  
stum in  
Barclai filij  
Apologiâ.*

LABYRINTHUS CRINICUM.

Vide illud  
ap. Goldas.  
tom. 3.  
Mem.

Barcl.  
e. Bell.

Tanqua-  
rell.

starum sententiam pütet, hoc ipso anno, cum hæc scripcebam, dæ-  
minatus est ab eodem Senatu Bellarmini contra Barclajum tractatus de Po-  
testate summi Pontificis in rebus temporalibus, gravissimo editio, quod etiam ty-  
pi est excusam i quo editio hec ipsa Theologorum sententia, que eam potestatem  
non agnoscit nisi indirecte, damnata est, tanquam fax seditionis, scaturigo  
rebellionis.

XXIX.

Notandum i. Bellarminum sibi sumisse Judicium de potesta-  
te Papæ ac mitigare voluisse durissimos & horribiles errores Ca-  
nonistarum, de monarchia & dominio Papæ directo in bona Chri-  
stianorum temporalia; quanquam ergo malam iniij gratiam à Pon-  
tifice ac aulicis, adeò ut testetur Barclajus, se audivisse à Societatis  
Jesu fratribus, ob hanc causam propè factum esse, ut omnia ista Bel-  
larmini opera prohiberentur: suo tamen exemplo docnit, esse Chri-  
stianæ libertatis discutere, quæ de brachio potestatis Pontificis scri-  
pta sunt.

XXIX.

Adeò tamen non satisfecit ipsis candidioribus Pontificiis Bel-  
larminus, ut Barclajus, Catholicæ religioni addictissimus, publico  
scripto ipsius sententiam nervosè confutaverit. Cum verò Bellarmi-  
nus apologiam opponeret, quæ etiam in manibus nostris, ex causa  
malè peiore fecit, ita ut Parisienses Theologi, hunc quem antea  
retulimus, obelicum libro fixerint.

XXX.

Ex Thuano lib. 28. historiam meminit idem Chamierus, an-  
1661. quendam studij Theologici Candidatum, Ioannens Tanquarel-  
lam, Theologorum quorundam male consultorum impulsu, in-  
ter alia themata hanc Pontifici ascripsisse auctoritatem, quod tan-  
quam solus Christi vicarius & Ecclesiæ Monarcha potestate spiritue  
ali & seculari omnes fideles subjectos continere principes, finisque  
præceptis regno ac dignitatibus exuere possit. Hoc ad regem (Car-  
rolum nonum) cum referretur, atque ad seditionem & legitimi ob-  
sequii, quod Regi ac Magistratibus debetur, fidem labefactandam  
spectare videretur. Tanqurellus ex decreto senatus multâ honora-

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

riā puniendus fuit, & per apparitorem facultatis Theologicæ (ipse enim absens erat) pronunciare debuit, temere & inconsideratè cam-  
qnaestione agitatam fuisse, ac denique veniam delicti à Rege petere.  
Adeoque reipsi factum, ut Petrus Bustus Tanquarelli nomine  
errorem à Bonifacio octavo investitum, & post ejus mortem passim  
damnatum, stans nudo capite, ignominiosa confessione recau-  
ret.

### XXXI.

Quid? quod & ipsis Pape legatis, tantæ potestatis specimina  
daturis, in Gallia adeò non fuerit habitus honor, ut potius diversis vi-  
cibus plaustris ē carcere in locum publicum vesti & proiecti, tu-  
nicis nigris pictis induiti, mitillis papyracieis catamidiati, & publica  
infamia affecti esse scribantur, cum Prælatis Gallicis ab ipsorum par-  
testantibus, qui beneficiis & officiis suis privati postea manum ad sti-  
pem porrigit cogebantur. Et post hæc omnes (ita enim lego pro,  
omnia) ipsorum bullæ Curie decreto igni combustæ fuerunt: Me-  
morabile illud SCtum sub rege Carolo VI., in publicis tabulis scri-  
ptum reperiri attestantur Pragmatici, quos citat Antonius Benbello-  
na de Godentus part. 2. c. 15, ad pragmaticam constitutu-

### XXXII.

Quid Gregorii XIII. bullæ contra regem Gallie Henricum IV.  
1. Mart. an. 91. Romæ datae acciderit (quod per Carnificem dilace-  
rata, & in ignem cremenda conjecta sit.) Vid. eundem Benbellonam  
de Godentis ē Cons. Tussani Berchetti. Addi potest Bodinus lib. 1. de  
Rcp. c. 9. actaque historica non pauca.

### XXXIII.

Ita cum anno 1429. Frater quidam Prædicatorii ordinis Iohannes Saracenus periculosa aliquot theses de Potestate Pape defenderet; Facultas Theologica Pariensis, Octavā Martij solenniter congre-  
gata, eas rite expensas publicè damnat, dictumque Johannem abjura-  
re compellit & in contrarias sacramento adigit, referente Philippo  
Mornao Christianissimi Regis in sacro consistorio Consiliario &c.  
in myst. Inq. p. m. 1236.

Fuit

## LAEYRINTHUS OPINIONUM

XXX.IV.

Fuit inter has theses, quas iurato amplexus est Sarazenus, & haec: aliqua potestas, scilicet potestas Ecclesie, de jure potest aliquid, & in certis casibus contra summum Pontificem. Hujus contradictoriam antea ille defensitaverat.

XXX.V.

**Santarelli disputati.** De Santarelo Jesuita censurata Parisiensem superius exhibuimus, ubi sententia Jesuistica progonciatur nova, falsa, erronea, verbis Dei contraria, dignitati Pontificie odium concilians & schismati largam portam aperiens, supremam regum autoritatem a S O L O D E O dependenti derogans, principum infidelium & hereticorum conversionem impediens, PACEM PUBLICAM q TURBANS, REGNA, STATVS, RESPUBLICASQUE EVERTENS. Ex quibus omnibus liquidō constat, extollit eum in modum fastigium Pontificiae, potestatis, ut ipsi Catholici Reges ac Theologi seditionis ac rebellionis ista consilia arguant, adeoque publicis decretis contra eundum esse statuant. Quis porro neget igitur, Papae sententiam judicari posse?

XXXVI.

**Necessitas.** Et quis non videt, non tantum liberum esse, sed & necessarium, Pontifici potestati modum statuere? Actum est enim de cervicebus Protestantium principum, si obtinere illa sententia debet. Semper enim ardet haec fax Syllogismi, suris incensa Acheronticis: Heretici non sunt ferendi, sed auferendi. Atqui Protestantes sunt heretici. Ergo non tolerandi sed tollandi.

XXXVII.

Quemadmodum & similis collectio Practica periculum minatur: Iuramentum in re illicita non est servandum. Iuramentum super pace religionis factum est in re illicita, quod plenus illi buccis diu noctuq; disputant. Ergo non est servandum.

XXXVIII.

Cui Logicæ exemplari non male respondet illa etiam sequela: Quia omnia ligare potest, omnia solvere, is à promissionib; omnibus absolvere, sed etaque rescindere potest. Atqui Pontifex Romanus, ut Petri successor, omnia ligat, omnia solvit. Ergo fidem juratè quoquid datham solvere seu ab illâ potest absol-

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

absolvere. Quid respondeat Dn. Vngersdorffus; legimus, sed num omnium aliorum ea mens sit, dubitamus. Utinam admitterent declarationes illius scriptores alii!

### XXXIX.

Non tribui nus has speculationes sanguinarias omnibus Pontifice, imo minimæ forsitan illorum parti. Novimus, per Dei gratiam, germanam fidem non exulare à palatijs generofissimorum pectorum, illustrissimarumq; familiarum. Quin imo satis abunde constat documentis publicis, supremos Imperij heroas istis, flabellis non sine gravi periculo restitisse. Alia enim sunt judicia principum, quos regit spiritus principalis, spiritus sapientie, spiritus timoris Dei, qui cogitationes dignas concipiunt & tuerunt illas; alia vero instigatorum, tubarum, susurronum, qui reguntur diabolis aulicis, Ecclesiae Christi augmentum horribili furore impedientibus, sicut pippetiam Monarchæ Cyrus & alij varie sollicitati sunt, calidissimisque consilij inducti, ut votis populi Dei non censerent acquiescendum esse.

### XL.

Pic quoque credimus, inter illos ipsos, qui ad subdolas illas machinationes operam conferunt, non ex malitia omnes peccare, sed ex Zelo, ut misere persuasi sunt, pro domo Dei. Sic enim futurum Christus prædicterat, ut qui occisurus sit discipulos fideles, opinatus sit, se Deo præstare obsequium. Sic Ethnici non omnes ex merito odio insaniebant in Christianos, sed quod fascinati erant præconceptis opinionibus, se diis suis gratas ita mactare victimas, ut quorum maiestas atque gloria sit à Christianis protervæ ac nefariè laesa, violataque.

### XLI.

Verum enim verò, cum in promptu sint exempla parricidiorum, stragium, lanenarum, ac nisi plus immineret periculi, tot librorum abolitione opus non esset, ut antea vidimus; cum præterea moneat Dominus ipse, in columbino corde serpentinum gerendum esse oculum: ideoque necessitatibus saxo impellimur, ut in hypotheses istas sanguinariae Politiae inquiramus, quam non à Spiritu mansuetudinis

Ez. II, v. 2.

Ez. 32.

Dan. 10.

Ez. 4.

Neh. I, 2.

Matt. 10.

16.

## L A B Y R I N T H I S O P I N I O N U M

& caritatis, sed ab illo, qui pater est mendaciorum & homicidiorum,  
proficiisci constat.

### XLI.

Ut ergo liberum, uti necessarium est, ita vel maximè pium, Pontificis potestatem ad Lydium veritatis lapidem exigere. Pestulat hoc  
*I. Pieta: in D E V M.* Hujus enim gloriam, quam alteri non dabit,  
quærere ac tueri nostrum est. Filii sumus, patris nostri nomen vindicare decet, subditi sumus, tacere ad id non possumus, quod redundat in injuriam Domini. Quod ergo Papa se Deum dici patitur,  
*dist. 96. c. satu evidenter, & arrogantiam sapit, & gignit in praxi perniciose opiniones.* Putat enim populus Papam esse Deum, Deum esse Papam; quod Papa jubet, profici sci ex Consistorio Dei, si vel maximè videatur divinis præceptis contrarium. Ita parricida ille, Henricus IV. intersector, facinus excusasse hac ratione, quod Papa sit Deus, & qua rex contra Papam fuerit, fuisse contra Deum, legitur.

### XLIII.

Quod ad Papam applicantur dicta, quæ de filiis Dei gloria papam agant, impie sancte ageretur, si ferretur. Papæ omnia sub pedibus posita leguntur, quam tamen Davidis sententiam Spiritus S. diversis vicibus ad Christi Θεαυθεωπία gloriam astraendam citat. Papæ omnis potestas in celo & in terra data esse legitur, id sancte communicare Christo maiestatis argumentum est, Jesuitis nondum satis agnitus. Hinc ipse salvator ex data hæc sibi ἡγεμονία concludit, ad institutionem ministerii & sacramentorum; Eu... ERGO docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Ad Papam refertur illud Dan. 7. Dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi & linguae servient ei.

### XLIV.

In orationibus pro successu in novo Pontifice eligendo, id quod de Spiritu S. mittendo Christus prædicti ac promittit, se alium Paracletum daturum esse, ad Papam eligendum non obscurè refertur: nihil sancte alium ac diversum à Papæ Paracletum! non enim ad Pe-

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

erum tanquam visibile caput; sed Apostolos omnes ad Spiritus San-  
cti gratiam attendere jubebat Christus.)

### X LV.

In Decretis ferè pro peccato in Spiritum sanctum habetur, si quis  
Canonibus Pontificiis nolit obsequi: Ita enim legitur: *Violatores* 29. quæst.  
*Canonum voluntarii graviter à sanctis Patribus judicantur, & à S. Spiritu* I. c. 5.  
*(instinctu cuius, ac dono, dictati sunt) damnantur, quoniam blasphemare spiri-*  
*tum Sanctum non incongrue videntur.*

### X LVI.

Et tamen ita comparata sunt decreta, ut se ipsa sepè tollant atq;  
evertant, mutuisq; arietibus interfesse bella misceant: quod adeò evi- Bononiae  
dens, ut consilium hoc legatur suggestum esse Pontifici Romano, ut an. 1553.  
Decreti, quos vocant, libros tollat, (Decretales &c. alios sufficeret)  
ut in quibus nimis frequentes sint contradictiones. Et nimis sancte  
in propatulo est, sapissime Canonum decreta, ut quæ dudum expi-  
rarint, ab illis haberi pro mortuis ac sepultis.

### XLVII.

Sed & pietas in Magistratum hoc nos inducit. Figendi sancte limites  
sunt ē verbo Dei, quibus Ecclesiastici Magistratus potestas coercet- 2. In Ma-  
tur, ne Cæsari auferat, quod Cæsar is est. Dispiciendum, satisne pīe gistratum,  
ac institutioni divinæ congruè supra Magistratum efferatur Ponti-  
fex; regnorum translationem (ablationem atque collationem) fibi  
sumendo; super capita principum tanquam super aspides, & bafi-  
liscos ambulando, pro stratoribus equi (quod in Pontificali Roma-  
no sancitur) illos habendo, de nomine præposito injuriæ illos argu-  
endo; insignijs imperatoriis utendo: subditos illorum à fide jura-  
menti absolvendo, repetitionem coronæ minitando, potestati civili  
se eximendo, adeò ut ne crimen quoque læsa Majestatis à Clerico  
committi possit, ut qui non sit sub civili majestate, Concilia convo-  
cando; quod olim Christianissimorum Imperatorum fuit; Calenda-  
rii formas præscribendo, & quæ sunt hujus generis plura, per histo-  
riæ universalis Ecclesiasticae articulos satis nota.

### X L VIII.

Tandem debita Ecclesiæ pietas id requirit: Ejus enim libertas, *in Ec-*  
*C* *vindi cleiam,*

## LABYRINTHUS OPINIONUM

L. Cor. 3.

p. 22.

Vindicanda; Quod si Galli, si Veneti, si Angli, si Germani, tam sancte custodita cupiunt libertatis suae a Ecclesiæ quidni universalis Ecclesiæ jura pro viribus tueremur? Non sumus ministri Pontificis; sed Pontifex est noster, id est Ecclesiæ minister. Id aperte afferit Paulus: L. Cor. 3. Imo ecclesiæ primitivæ praxis, Horrenda Dei ira exardescit sepe in populum suum, quando falsos cultus admittit, illa igitur declinanda est.

### XLIIR:

Denique his disputationibus compendium fieri potest disputationum. Si enim verum est, quod de potestate Pontificis illi assertum eunt, tantam esse, ut Pontifex nulli errori, nulli censuræ sit obnoxius, utique uno iectu concidit Lutheranismus. Si vero principium id falsum deprehenditur, dubium, adiuvans, corruit tota Papismi nunc machina. Videbimus autem, illam hypothesis tam absconam, & prima Ecclesiæ ignotam fuisse, ut ne nunc quidem omnes Pontificii consentiant. Imo in continentia magnos errores Pontificium ostendere possumus ex Pontificali Romano, conformitatibus Francisci &c.

### E.

Quod si ergo querendò pergamus; quomodo definita vel potius quam infinita sit potestas Romani Pontificis? An nimis restricta legibus, an prorsus absolute, liberrimaque? Deum Immortalem! quantæ labyrinthi ambages apparent! Quidam enim illum supra omne jus extollunt, sicut Innocentius rescripsit; et propositus de concessione præbenda: Nos secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare (quod Glossa exprimit, contra Vetus T. & Canones, additis exemplis: sicut & alibi monet glossa: hic dispensare Pamp contra Apostolum Paulum) quod Papa sit omnia & super omnia in verbis & quibus? secundum Baldum in l. Barbarius ff. officio prætor. Papa supra jus, contra jus, & extra jus omnia potest, codem dicente in c. cum super de caus. propriet. & possels.

Fiat c. L.

Bar. dist. 34

### LI.

Videantur prolixius hac de re agentes Theologi & Politici in causa detrectati. Concilij Tridentini, ubi citant inter plurimam

820

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

Si opus est, hos etiam versus ex Hostiensi, maxime auctoritate  
in suis sum  
tis Canonista.  
Si sit Catholicus Papa: non judicat ullus;  
matis de  
Erigit, & subiicit cathedralis, dividit, unit,  
officie, le  
gati &c.  
Mutat vota crucis: restaurat & eximit, ad se  
Majores cause referuntur, legitimaq;  
Promovet, appellare vetat, prohibet profiteri;  
Deponit, transfert supplet, & renunciat illi.  
Praesul & excusus: Simon, jurans anathema,  
Vel proprium, vel legatis, vellex utriusq;  
Nequaquam participans, & si quem sponte salutat,  
Quem Canon damnat: sibi soli quando reservat.  
Solvitur a Papa: nec non quem regula damnat,  
Addas suspensum casum cum fertur ad ipsum.  
Rescriptum fidei: Dubium quod conservat bona plura,  
Irritat infectum, legem condit generalem,  
Approbat Imperium, firmat, deponit & ungit.  
Concilium generale facit: sanctis quoq; sanctos,  
Ens non esse facit, non ens fore, pallia semper,  
Portat, concedit, legi nec subditur Vlli,  
Appellatur ad hunc medio sine iudiciumq;  
Est pro lege suum, monachum revocat renuentem.  
Majus adulterio solvit generaliter arctat,  
Et laxat, quicquid sponsus nocet, ordinat extra  
Tempora dando sacram, promotum promovet idem.  
Ordinat: atq; die quo consecratur & ipse,  
Viventisq; locum concedit, jureq; privar.  
Insignit laico: sacro donat christisma ministro,  
Si sit Catholicus Papa, non judicat ullus.

### LII.

Egregium sancte Catoptron diffusissima potestatis Pontificiae; quæ a-  
lias per totū Jus Canonicum suos diffundit radios. Non minus illustrē

## LABYRINTHUS OPINIONUM.

Ap. Baron. summerium exhibuit Gregorius VII. quem Hildebrandum voca-  
zom. n. an. runt, dignum sane, quod huc inseratur, cum loco magni commentar-  
1076. rij esse possit. Is ergo hos Dictatus (ita placuit ipsis nomen dare) pro-  
mulgavit, quibus Jurium Papae aliquod exhibere voluit. Compen-  
dium.

Quod Ecclesia Romana a solo Domino sit fundata.

Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur Universalis.

Quod ille solus possit deponere Episcopos vel reconciliare.

Quod Legatus ejus omnibus Episcopis presit in Concilio,  
etiam inferioris ordinis gradus, & adversus eos sententiam  
depositionis possit dñe.

Quod absentes Papa possit deponere. Quod cum excommunicati  
ab illo inter cetera nec in eadē domo debemus permanere.

Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere,  
novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere &  
contra divitem Episcopatum dividere & inopes unire.

Quod solus possit uti Imperialibus insignijs.

Quod solius Papa pedes omnes Principes excusulentur.

Quod illius solius nomen in Ecclesia recitetur.

Quod unicum nomen est in mundo, Papa videlicet.

Quod illi liceat Imperatores deponere.

Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos  
transmutare.

Quod de omni Ecclesia quocunq; voluerit, clericū valeat ordinare.

Quod ab illo ordinatus alij Ecclesia praesse potest, sed non militare,

& quod alii alio episcopo non debet superiorem gradū accipere.

Quod nulla synodus absq; ejus precepto debeat generalis vocari.

Quod nullum capitulum nullusq; liber Canonicus habeatur absq;  
illius auctoritate.

Quod sententia illius a nullo debeat retractari, & ipse solus omni-  
nium retractare possit.

Quod a nemine ipse judicari possit.

Quod

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

Quod nullus audet condemnare Apostolicā sedem appellantem.  
Quod majores cause cuiuscumque Ecclesia ad eum referri debent.  
Quod Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum scri-  
pturā testante, errabit.

Quod R. P. &c. meritis b. Petri Sanctus &c.

Quod illius precepto & licentia subjectis licet accusare.

Quod absq; synodaliconventu possit Episcopos deponere & recon-  
ciliare.

Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Ecclesia Ro-  
mane.

Quod a fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.

### L III.

Hinc sub Leone X. disputatum in Scholis est, an Papa possit ab-  
rogare, quod scriptis Apostolicis decretum est? an possit aliquid sta-  
tuere, quod pugnet cum doctrinā Evangelicā? an possit novum arti-  
culum condere in symbolo fidei? utrum majorem habeat potesta-  
tem, quā in Petrus, an patem? an possit præcipere Angelis? an possit  
purgatorium tollere? utrum simplex homo sit, an quasi Deus? an  
participet utramque naturam cum Christo?

### L IV.

Dist. 19. c. 4. ita rescribit Stephanus Papa: *Enim vero quia in Specie-  
lum & exemplum Sancta Romana Ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, pro-  
posita est: ab omnibus quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo & irrefra-  
gabiliter observandum est.* Et Nicolaus Papa cādem dist. c. 1. Si Romae  
norum Pontificum decreto, ceterorum opuscūla tractatorum approbantur vel  
reprobantur, ita ut, quod sedes Apostolica probavit, hodie teneatur acceptum,  
& quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto potius, que ipsa pro-  
catholica fide profana dogmatibus, pro varijs & multifarijs Ecclesia necessita-  
tibus & fidelium morib; diverso tempore scripti; omni debent honore pra-  
seri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione vel di-  
sensatione magistrā reverentur assumi.

### L V.

Et. Gregorius, IV. dist. cād. c. 5. Nullas est vel yelle vel posse trans-

C 3 gredij

Videatur  
Erasmus in  
1. Tim. 1.

## LABYRINTHUS OPINIONUM

gredi Apostolice sedis precepta, nec nostra dispositionis ministerium, quod restraint sequi operet charitatem.

### LVI.

Ibid. c. 2. Agatho Papa omnibus Episcopis rescribit: sic omnes Apostolica sedis sanctiones accipienda sunt, tanquam ipsius divini Petri voce formatae sint.

### LVII.

Et quod mirum est, legum istiusmodi condendarum auctoritatem sibi sumunt ex jure sacerdotii, quod translato sacerdotio non esse sit legis translationem fieri: quod multis nominibus huc non facit, ita tamen pro fundamento ponitur c. translato, 3. decr. de constit. ubi titulus: Potestas legem condendi & mutandi est penes vicarium Christi. Et quod de uno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Abbas Siculus.

### LIX.

Pertinet hoc tota materia de dispensationibus, ubi queritur: An Pontifex Romanus possit dispensare possit contra ius naturale? Ponuntur autem à Canonistis sex causae, ex quibus contra leges dispensari potest, ut est apud Nicol. Vigelium de Dreifa, ex 1. quæst. 7. c. Requiritu, quod tamen suas replicationes habet, in quibus & hæc: nisi contra ius naturale Papa dispensaverit. Hujus vero duplicitatio est: nisi ob maius malum evitandum contra ius naturale dispensatio fiat. Ita enim habet titulus distinct. 13. item adversus naturale ius nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi.

### LIX.

Queritur (vel potius non tam queritur quam usu exercetur) An sedera, inducas ac pacta similia solvere possit Romanus Pontifex? Et sancte historie loquuntur, non cum Turcis modo sed & catholicis de fide fracta institutas esse queri monas. Adeo ne jura etiam genium sue protestati subjecta statuit.

### LX.

Queritur, utrum Pontifex contra ius civile dispensare possit? Sine evidenti exequitate (ait jam allegatus Nicol. Vigelius) Papa Honorius totum ius civile multis vigilijs excogitatum rejecere videtur c. super speculâ

An Papa possit dispensare contra ius naturale?

An contra iura gentium valeat dispensare?

An contra ius civile?

## DE POTESTATE R. O. M. EPISC.

*Specula in V.* Sic inter exceptiones adversus leges est illa: *valere legem nisi contra autoritatem sedis Apostolicae lata sit c. constitutionem 2. § fin. de verborum significat.* *in VI.*

### L X I.

An contra prædecessorum statuta dispensare Papa possit, tandem queritur? Cujus rei multa habemus exempla, quod successor *An contra antecessoris acta resciderit.* Ita sane, ut ex illo mari vel guttulam *suum antedilectissimum, cum Bonifacius VIII. rigido diplomate statuisset etiam cessorum Reges Galliarum, immo omnem Creaturam subesse Romano Pontifici, ac id credere, de necessitate salutis esse, successor illius Clemens V. claris artque disertis verbis id retractavit, rescidit, expunxit, ut formulis textus allegabuntur inseri.*

### L X X I I.

Contra legem divinam dispensavit Nicolaus V. historiam referente Bodino ex Iacobo Sprengerio: Aegrotabat quidam Germanus Episcopus, quem Nicolaus imprimis diligebat: Ex maleficâ resciscit morbum ex sorrilegio provenire, à quo non nisi contrario liberari possit: quo maleficam quæ malum inflixerat interimi sit necesse, privilegij. Celeribus igitur equis ad Nicolaum mittit, rogat à maleficâ illâ sibi *An contra curari liceat, quod Nicolaus cum hac clausulâ indulget: ut ex duobus legem di-* malis quod minus evitetur. Acceptâ Bullâ, authore pontifice, obserante Episcopo, malefica manum operi admovet. sub medium noctem Episcopus valetudini restituitur, eodemque temporis puerum morbum in illam, quæ inflixerat, transfundit, ex quo mors consequitur.

### L X I I I.

Contra Canones dispensari in pluralitate beneficiorum, toti orbii notissimum est, & saepius motæ querelæ. Videatur Gerson de deficiens Clericorum cum pluribus alijs.

### L X I V.

In causis Simoniaci dispensationes de ipso facta haberi, & Romanæ licitum esse, quod alibi non licet, è Ir. Tolet. Cardinal. ostendere possumus. Et legatur Imperatoris Sigismundi Reformatio c. 5. Bon. dem. Papst tit. 6. *Was gültig eines Papstes Hoff haben sol.*

*Legatus*

## LABYRINTHUS OPINIONUM

Legatur Onus Ecclesiae, Taxa penitentiaria, Cusanus alij; numero non pauci: apud quos obvia sunt varia licentia Pontificiae exempla. Pro alendis concubinis exigi pecunias ab episcopis, lupanaria pro tributo tolerari, itam notum est, ut ipsa negare non possit impudentia.

### LXV.

Papa ipso-  
rum Cano-  
num testi-  
monio a-  
strictus le-  
gibus.  
Longe vero seculi definiti olim sunt fines dictatus Pontificii. E multis pauca huc adnotemus, 25. q. 2. c. 11. Amputato totius usurpationis excessu, nullus debet presumere, que sibi non videntur concessa. Item. Ea que sunt ab Apostolis eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nullam concertatione turbentur. Ibidem insertae sunt leges Imper. Constantini, (Nec damno fisco, nec iuri contraria populari operaret.) Theodosij & Valentiniani, (Rescripta contra ius elicta, ab omnibus iudicibus pricipimus refutari, nisi forte aliiquid est, quod non iudicatum & probatur petenti, vel crimen suppliciis indulget.)

### L XIV.

Papa non  
potest casus  
in verbo  
Dei decisos  
aliter deci-  
derum sententiam, qui Pontificem aliquid contra legem divinam statuerre posse, admodum preposterè statuerunt. Audiamus ipsa Pontificis verba: sunt quidam dientes Romano Pontifici semper licuisse novas condere leges. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Scendum vero summoperè est, quia inde novas leges condere potest, unde Evangelistæ aliquid & Prophetæ nequaquam dixerunt. Vbi vero aperiuntur dominus, vel ejus Apostoli & eos sequentes sancti Patres, sententialiter aliquid definierunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod predicatum est, usq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim, quod docuerunt Apostoli & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini Ecclesiam contra luponum insidias optimè custodierunt.

### LXVII.

Papa Je-  
cundum  
rationem,  
Dei statu-  
re debet.  
Videatur Speculator tit. de Legato. S. nunc ostendendum n. 51. & seq.  
& tit. de dispens. nunc breviter dicendum. Pontificia potestatis plenitude  
honestatè dinem RATIONIS HONESTATISQUE JVXTA ET DECA-  
LOGI, nec non S. Evangelii præceptis nostra immixtio restringit, &  
hicce

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

Hic ad eō limitibus circumscrībit atq; concludit; denique gravissimis rationib; autoritatib; Theophylacti, Bart. in L. fin. C. si contra ius, & Cardinalis tract de unione Ecclesie a fratre Goras. &c. Sic Bellarminus cum dixisset lib. 4. de Rom. Pontif. c. 5. S ult. Si Papa præcipere virtutum, p. mib; 367 aut prohiberet virtutem, Ecclesiā teneri credere VIRTUTEM ESSE MALAM, ET VITIUM ESSE BONVM. In recognitione librorum de Summo Pontif. limitat hoc suum responsū, se videlicet locutum esse DE ACTIBVS DVBIS virtutam aut vitiorum. Nam si præcipere manifestum virtutem, aut prohiberet manifestam virtutem, dicendum esse cum Petro, Act. 5. obediēre oportet magis Deo, quam hominibus.

### LXIX.

Nequā tantum legibus divinis subiecta est Romani Pontificis <sup>Papa legi-</sup> potestas, sed perspicue deduci ē textibus quibusdam Juris Canonici <sup>bus Impe-</sup> potest, etiam Imperialibus legibus pro rerum temporalium usurpa- <sup>rialibus</sup> tione meritō parere Pontifices. Probē enim ponderari petimus ver- <sup>non est so-</sup> ba Nicolai Papæ l. in epist. 7. ad Michaelen Imperatorem, que le- <sup>latus.</sup> guntur dist. 10. c. 8. Quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Christi Iesu, sic actus proprijs & dignitatibus distinctus officia Potestatis utriusque discrevit propria, volens medicinali humilitate hominum corda sursum effe- ri, non humana superbia riuſ ſu in inferna demergi, ut & Christiani Imperato- res pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro uero temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uicerentur, quatenus Spiritualis actio à carnalibus distaret incurſibus, & ideo militans Deo minime je negotijs ſecu- laribus implicaret, ac riuſ ſu non ille rebus diuinis preſidere videretur, qui eſ- ſet negotijs ſecularibus implicatus. Eadem dist. 96. c. 6. repetuntur, & in glosa explicantur.

### LXIX.

Ita ſanē quoquot ſunt in ipsi Ecclesiā Pontificiā moderatio- res, prolixē fatentur, iura gentium eſſe inviolabilitas, federa fervanda, honeste- viuendum, neminem ledendum, ius ſuum cuiq; tribuentum: ita ut pudore ſuffundantur, quoties mentionem faciunt violatæ fidei, Turcis vel alijs datæ, ac diſsimilente, quantum poſſunt, quorum consilijs id le- <sup>In Theatro,</sup> pidum facinus contigerit. Ita Matthæus Tympius, cum recaſet <sup>Ex li-</sup> consilia Regis Poloniæ & Hungariæ Vladislai, an fides Turcarum fragi- <sup>D</sup> impe.

## L A B Y R I N T H U S O P I N I O N U M .

De his spe-  
cilio, sign. Imperatori Amurathæ data servanda sit; dicit Vladislauim sollicitatum  
468. legatur esse A NONNULLIS PRINCIPIBVS CHRISTIANIS, ut (pacis-  
Bosn, lib. audacter violatis bellum redintegraret. Quo facto cum Amura-  
bif. Vngar. res in acie periclitaretur, de promptis e sinu initii fœderis rabellis &  
Dec. 3. 10- intentis in cœlum oculis magni clamore in hanc vocem erupit;  
vix in A- Christe, si Deus es, ut Christiani tui de te peribent, vnde vñdica p[er]fidiam tuorum,  
murate. qui contra h[ab]et pacata per nomen tuum sancte jurata bello me invadunt, tuas  
39000. measq[ue] injurias uliscere. Hinc, alea belli commutataq[ue] in genit[us] sitage plus  
Christia- rimi Christiani perierunt, & ipse rex Vladislauus equo excutitur, jussu-  
nerum illo que tandem Amurathæ capite truncatur. Sancta sit ergo fœderatio  
prælia casa, religio; ac ipse Papa sit religiosus, sit legalis, sit justus. Quid enim  
Praxi no- Pontifices Judæorum malis istis artibus efficerint, Ecclesia histoi-  
bilissima rica per quam abundantanter testatur.

LX.

Quod si verò Papalib[us] superioribus derogatē velit, vel re-  
Prop. 16. gnorūm prouinciarūque jura tollere, tunc licetum est medijs legi-  
Theologorū timis illud imperium declinare. Atque hinc natum est remedium il-  
venet. illud provocandi ab abusu, quod in ipsis Ecclesijs Pontificijs contra Pa-  
Natiue ec- p[er] edicta in usu esse legimus. Admodum enim memorabilia h[ab]e[n]t  
clesie non verba in tractatu de Ecclesiastice & politice potestate qua sic haben-  
tantum in Hic pro coronide & appendiculâ attexemus nativas Ecclesie Catholice  
Gallia sed libertates, sive jus commune à Deo & naturâ institutum, his octo prolo-  
per orbem quibus ac fundamentis tam perspicue' roborari, ut nemo in illud im-  
universum pingere possit, quin eadem operâ legem divinam, naturalem, & ca-  
libertates, non faceret. Hoc autem quories accidit, toties Gallis justam  
Quid sint præbuit occasionem provocandi tanquam ab abusu: quarum appellationum  
appellatio- Princeps & Magistratus politicus, velut Ecclesia protector, & index canonum,  
nes ab summa habet moderationem: de solo enim abusu iudicat, idque ad ex-  
abusu? ecuationem canonum pertinet. Verum h[ab]et ratio procedendi Gallo-  
Quomodo rum, originem præbuit Ecclesia Gallicane libertatibus, ut eas vulgo nomi-  
Hispani nant. Audio Hispanos atque alias nationes Christianas, quando ali-  
suspendant sententiam versatur, intercedere consuevit, quo minus id executioni mande-  
iniquam tur: Ex quo apparet, illos cum Gallis re ipsâ convenire, formâ tantum  
Pontifici? & modo agendi hac in parte tantum discrepare,

Ex

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

### LXXI.

Et quas Reip. leges Senatus Venetus convelli à Papâ non possit sit, ex actis notum est: Decreta nimirum de non alienandis bonis immobilibus per subditos laicos in personas Ecclesiasticas absque Principis licentia; de non a discendis Ecclesiis aut Monasterijs eodem principe in contulito; Et demum suo facultate judicandi & puniendi clericos prodelictis gravibus & atrocibus V. Marii Amoris Peregrinij respondit, cum subscriptione Sacri Collegij Clarissimorum Iurisconsultorum Magnifice civitatis Padue.

### LXXII.

Neque animis excidit aut oculis, quid in Saxonum jure cautum sit; Papam videlicet non posse aliquod jus condere in praetudicium majoris juris, quod in terra Saxonica obseratur lib. 1. Can. 3. § 5. sicut ubi hanc in mentem plura occurrunt, libertatis germanicae non obscuraverstigia. Non tantum igitur divinis statutis est firmissime adhærescendum, sed etiā δραπίνη πάσην κενόν quā jus suum cuique redditur, nemo luditur, honeste vivitur, obtemperandum est; quod primus, uti volunt, Christi vicarius imperavit.

### LXXIII.

Pontificius quidam Juris Doctor Bartholomaeus Ugolinus in *Responsionibus ad tractat. 7. Theologorum acriter contendit*, Stylum Romanæ curiae vim legis habere, seu jus facere, idq; latè probari c. quam graviter erit. fals. à Doctoribus adeoq; publicationem & denunciationem & afflictionem Romæ factam si afficeret eos, in quos sententia censoria lata est, perinde atque si personaliter esset ipsis intimata, ubi sunt, concil. 1. §. 3 præceptis summi Pontificis parendum esse & non de ipsis judicand. in, &c. in memoriam ead. dist. 19. Idem tamen hoc restringit ad casus dubios c. in memoriam ead. dist. ut ob certas causas non peccetur non parendo præcepto Romani Pontificis ē i. non nisi Tertia qua-  
vers, pro gravi quoq; scandalo, de renunti. Plena hæc contradictionibus, in-  
fidelis, ac periculis.

### LXXIV.

Si porro quæstio sit, quibus ergo fundamentis, quā lege regia, nitatur tam illustris Papæ potestas, se pessimè tum in Canonibus, tum in gen-  
eralis; Quo jure nida-  
tur potestas  
Pape?

## L A B Y R I N T H U S O P I N I O N U M

Mattb. 16.

Ioh. 21.

Luc 22.

Vide ipsum

Luth. Tom.

I. Ien. fol.

p. 298. seq.

Vide Col-

loq. Ratiſſ.

proximum

cum Ante

ac Post scri-

ptis.

in scholis afferuntur classica illa dicta; Tu es Petrus; paſce oves meas.  
Ecce duo gladii hic. Haec dicta sunt tria fulera regni Pontificiū: quæ ta-  
men singula sunt à nostris diuidum subrata; nos id tantum videamus,  
quomodo variis ſeſe Labyrinthis Pontificiū hīc implient.

LXXV.

Nam in genere de omnibus scriptura dictis quid ipsi ſentiantur  
in ſinu ſuo, notum eſt; explicationem ſciliat à Romano Pontifice  
petendam scripturam varioſe admittere ſenſus, ne posſe ipſam dicere, quis ſit  
veruſ scriptura auctoritatē ſaltem quoad nos pendere ab Ecclesiā, non eſt  
id iac. Ττλ. υοεως, ſed ita intelligendam, ut ſemper intellexit Ecclesiā,  
atque hanc unam eſſe methodum indagandæ veritatis.

LXXVI.

Quibus principiis ſtantibus nō Pareat primus obſervavit, tur-  
pem committi círculum ab illis in probando, Sed Iu:herus mature  
monuit, auctoritatē Pontificiū hīc probari per auctoritatē Po-  
nificiū. Ita enim tom. t. Jen. lat. p. 62. de antagoniſtā ſuo Silveſtro:  
Robur diviue ſcriptura, id eſt, verbi DEL vim, quod eſt ipſe Deus, ex illius ho-  
minis, etiam impī, autoritate pendere ſtatuit, cum famel. oves ſimil fate-  
antur, Pape auctoritatē robur habere ex illo CHRISTI; Tu es Petrus, & paſ-  
ce oves meas, hoc eſt, non ſcripturas ex Pape auctoritate, ſed auctoritatē Pape  
ex ſcripturis pendere. Neque enim ubi urgentiur, alio conſigunt, quam ad ha-  
rum ſcripturarum ceu asylium, quo ſe muniti & roborent. At nunc Satan i-  
ſte ſcripturas per hominem roborat. Quid eſt Antichristus, ſtalu Pape nequeſt  
Antichristus? O Satan, Satan, quam diu abutere patientiā Creatorū tuū in tu-  
um magnum malum! Quanquam ego libens admittio Silveſtro: miserabilē, ut  
ſcriptura robur à Pape accipiat. Haec enim erit VNA VIA NEGANDÆ  
TYRANNIDIS PAPALIS, ET SEMEL EVERTENDÆ.  
Cum enim Papatum ē ſcripturā ſtatuant, & ſcripturā auctoritatē per auto-  
ritatē Pape elevent, jam Pape nullo teſtimonio iuritur, niſi juſ ipsius, nec jure  
divino, ſed ſuo proprio ſtabit &c.

LXXVII.

Luce hac clarius appetat, Lutherum probē prospexiſſe, nul-  
lam fieri poſſe αἰχέδεξιν pro infallibilitate Pape, ſtante illā hypo-  
theti, quiſ ſit veruſ ſcripturā ſenſus, ex infallibili judicio Pape pe-  
ter-

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

tendum esse. Quæritur enim, quæ sit prima veritas? scripturam an Papæ auctoritas? an hæc per illam, an verò vice versa vel reciproce probetur? unde ipse Pontifex possit de sua interpretatione certus esse? an tamen ex dicto: *Tantum duo luminaria, quam ex illo, Tu es Petrus*, probare possit suum suprematum primatum? an mutato judicio Papæ mutetur sensus in scripturâ? Omne principium cognitionis clarum atque videns esse debet, quoad literas & sensum, antequam accedat id, quod ex illo principio deducendum. Hoc dictum, Tu es Petrus, non est tale. Sensus enim verus è Papæ auctoritate, quæ tamen probari debebat, hauriendus. E.

### LXXIX.

Notatu autem perquam dignum, quid in Orientali Ecclesiâ, imò quid in ipsa Pontificiâ sit responsum ad illa dicta.

Gloriatur Pontifici, Grecos tandem agnoscisse in Concilio Florentino Primatum Romani Pontificis, qua de re suo loco. Quem verò animum gerant erga Romanos Pontifices, inter alia multa liquet ex Meletij Patriarchæ Alexandrini querelâ, quam instituit de Romanis Pontificibus his verbis: *Quod si in causas inquiras huiuscem in nos, ne scio quid aliud dicam, quam id, quod res est, odit in nos Grecos, hoc est, Orientalis Ecclesiæ alumnos*, dico, *Romanum Pontificem, Romanum (non universalem, non Catholicum) agnoscimus Pontificem, Christum unicum universalis Ecclesiæ caput universale cum Paulo prædicamus. Ipsum ex ipsis verbis agnoscimus, ut dicitur, namque aut in πέτρᾳ οὐ εἰ το ἐπός, Paulus dicit, οὐέ χειρὶς νεγκεῖν in te Petro, sed in me ut vigilans me diligenter sis* mus nota: Augustinus Serm. 13. de verbis Domini & iust. 7. in loban., addabo, dixit, Ecclesiæ meant.

### LXXXI.

Consule quoque libros Nili Archiepiscopi Thessalonicensis de Primatu, eodem tempore divulgatos, quo jactabant Pontifices, sibi Grecos parere; In illis repertis Græcorum sententiam, Episcopum scilicet Romanum Primatus jus à Christo non habere, nihilominus à Petro aut ab Apostolis, sed patres certis de causis primam secundum ei detulisse; successorem Petri non esse, nisi quatenus episcopus &c. In ijs, quæ ad restitudinem fidei pertinent, & errare posse,

## L A B Y R I N T H U S O P I N I O N U M

¶ s̄cēpius errasse: nec esse, quod suum illud: *Tu es Petrus*, oggeras, quia ecclesiam Christi intueatur h̄ec promissio, non Petram non Petri, quem volunt, successorem; ut primum ordine esse detur, non idcirco in alijs dominari (ut quidem velit in concilio universali sedere tanquam Magister inter discipulos, iudex in sua causa.)

### LXXX.

Observatu dignissima etiam sunt verba *Theophylacti Bulgari-*  
rum archiepiscopi, claves Ecclesia non de absolutione à juramentis,  
non de Jurisdictione aliqua Petri, sed in hunc modum explicitantis:  
¶ *Tibi dabo claves regni cœlorum &c.* Claves, inquit, intellige ligantes, aut  
solventes delictorum, aut condonationes aut redagationes. Qui e-  
nim sicut Petrus digni habiti sunt Episcopali gratia, potestatem ha-  
bent dimittendi aut retinendi peccata: Nam licet ad Petrum tam  
cum dictum sit illud, *Tibi dabo* tamen omnibus Apostolis olim datum  
est, quando dixit. Quorum peccata remiseritis remittuntur, illud e-  
nīm *dabo*, futurum tempus significat, nempe post resurrectione-  
nem.

Ioh, 20.

¶ *Auctor IV. de eccl. & polit.* distinguit inter Caput cf-  
fentiale, quod est ipse dominus, per quem & propter quem substat  
Ecclesia & inter ministeriale, quod est dispensator Petrus: non dici,  
Ecclesiam tuam, sed meam, non promitti, porr̄a inferorum non præ-  
valebunt adversum te, sed adversus eam: nec pasce oves tuas, agnos  
tuos, sed meos, ut ostendatur, Ecclesiasticos ad puram putam dispen-  
sationem aut administrationem, non ad aliquem dominatum tem-  
poralem, aut principium merē & absolute monarchicum, vo-  
cari.

### LXXXI.

Quæ sententia cum scribatur esse Scholæ totius Parisiensis,  
menti omnium antiquorum Ecclesiarum Doctorum congrua) ut per-  
cipiatur rectius, notandum, statuere illos, perpetuoque ac constanter  
docuisse, Christum fundando Ecclesiam, prius, immediatus, atque  
essentialius claves sive jurisdictionem, toti dedisse. Ecclesiae, quam-  
Petro, scilicet, quod eadem reddit, Claves toti constituisse Ecclesie, ut per unum  
ministe-

## DE POTES TATE ROM. EPISC.

ministeria liter exerceantur. Quandoquidem tota iurisdictio Ecclesiae. Nimis  
stica primarioproprietate ac essentialiter Ecclesiae convenit: Romano tamen hoc  
autem Pontifici atque alijs Episcopis, instrumentaliter, ministeria ipso tribu-  
litter, & quo ad executionem tantum, SCVT FACULTAS VIDENTUR aut' Ponti-  
DI. OCULO; id est, sicut homini competit facultas videri, ut toti sit, quod  
supposito (ad quod Deus & natura semper prius intendit, quam ad apparere ex  
aliquam partem suppositum) oculo vero comparetur & mini-  
sterialiter, (oculus enim propter hominem) ita & potestatem Ecclesie. Parten-  
tasticam concessam esse Ecclesiae ut toti Episcopis vero, ut partibus  
ac organis, seu administris.

Marcii Anno  
tonij de

LXXXII.

Qua propter, cum Christus Matth 16. VERBO FUTURI Dominus.  
TEMPORIS claves in nomine totius Ecclesiae Petro despondisset,  
TVM DEMVM eas ACTV ordini hierarchico contulisse dicunt,  
primum Matth. 16. ubi Ecclesiam sibi sufficientem & architeconicen ita constituerit, DIC Ecclesie, secundò per realem missionem Luc.  
10. Designavit Dominus & alios e XXII. & misit illos &c. & Joh. 17. Ego  
eos misi in mundum &c. ut omnes unum sint &c. Joh. 20. Sicut misi  
misi pater, & Ego mittó vos. Huc facere ACT. 120. Attendite vobis & uni-  
verso gregi, in quo vos spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.  
Atq; ita, cum missio vera & realis sit collatio jurisdictionis (auctore  
Apostolo Rom. 10. quomodo prædicabunt nisi militantur?) & vero Christus  
Apostolos atque discipulos, qui Episcopalem & Presbyteralem  
ordinem retulerint; immediate, individuali, & collectivè miserit, con-  
sequens esse, totum ordinem hierarchicum Episcopali & Sacerdo-  
tali ordine constantem immediate, proportionatè tamen & subor-  
dinatè, suam potestatem & juris dictiōnem, hoc est, facultatem re-  
gendi à Christo derivare. Atque hinc solent ab abusu potestatis  
provocare, in quibusdam ad Concilium seu Ecclesiam, in quibus-  
dam ad Regem;

LXXXI.

Ex Anglia.

Ac putant pro se facere hos Canonici Juris textus 24. q. 1. Quod-  
cunq; ligaverū super terram, erit ligatum & in celo. Si hoc Petro tantum di-  
ligamus, non hoc facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia fit (utique qua in terra 50. ad. c. 122.  
ligantus.

## LABYRINTHUS OPINIONUM

E.Cyprian.  
ir. de uni-  
tate Eccle-  
sie.

lingantur, in cœlo ligentur, & quæ solvantur in terra, solvantur in cœlo: quia cum excommunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus: cum reconciliat Ecclesia, in cœlo solvitur reconciliatus.) Si ergo hoc ius Ecclesia fit, Petrus quando claves Ecclesie accepit, Ecclesiam sanctam significavit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iudea persona significati sunt in Ecclesia mali.

### LXXXV.

Et quod eadem Causa habetur ex Cypriano c. loquitur, &c. alie-  
nus, à suis stare partibus arbitrantur. Non enim tam uni & soli Petro  
(qui sanè mortalis, ut & quilibet successor, ita ut vacante sede, fun-  
damento tamen Ecclesia non careat, sed in se unâ habeat illam pot-  
estatem) quam UNITATI infallibilem clavum potestatem delatam  
esse. Atque hinc fieri, ut dicat Cyprianus, PAR EM POTESTA-  
TEM Apostolis omnibus post resurrectionem tributam esse, tamen ut VNI-  
TATEM manifestaret, VNITATIS ejusdem originem ab UNO incipi-  
entem sua auctoritate dispositisse.

### LXXXVI.

(Non itaque Petro fuit potestas in Apostolos reliquos, sed unica  
in toto Collegio communis erat auctoritas, quam non sumebant à  
Petro, sed immediate à Christo; Ex qua potestate ipsos Pontifices ex-  
cidere atque errando à fide deficere posse, constans Cypriani mens

Ab. 1. ep. 3.

fuit, ut ex ovipæzzi epistolari patet. Sic Stephanum Papam, quod ha-  
reticorum causam contra Christianos & contra Ecclesiam Dei assere-  
re conetur, arguit Cyprianus, omnium haeticorum baptismata justa  
esse & legitima iudicando) Ideoque addit Sanctus martyr & Epi-  
scopus Cyprianus: Hoc utique erant & ceteri Apostoli, quod fuit & Petrus,  
**PARI CONSORTIO** prædati & HONORIS & POTESTATIS, sed  
exordium ab VNITATE proficitur, ut ECCLESIA VNA monstretur.

### LXXXVII.

Et meminit Augustinus l. 3. de Baptismo contra Donatistas c.  
” 3. S. Cyprianum his usum in Concilio verbis: Non solum ergo mihi  
salvo jure communionis adhuc verum querere, sed etiam diversum  
sentire conceditur. Neg. n. quis quam nostrum, inquit, Episcopum se Episco-  
porum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos  
adgit. Quid mansuetius? quid humilius? nulla nos certe deterret  
auctor-

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

auctoritas à querendo quid verum sit; Quando habeat, inquit, omnis  
Episcopus pro licentia libertatis & potestatis sua arbitrium proprium, sanguam  
judicari ab alio non posse, quomodo nec ipse potest alteram judicare.

### LXXXIX.

Eodem capite & hæc S. Cypriani verba S. Augustinus recitat:  
Sed ex parte universi iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui unus & so-  
lus habet potestatem & proponendi in Ecclesiæ sue gubernatione, & de actu  
nostro judicandi. Atque hæc omnia S. Augustinus calculo suo appro-  
bat, S. Cyprianum collaudat, adeoque toto hoc discursu attestatur,  
iudicium decisorum Romani Papæ nequè pro necessario, neq; pro  
infallibili habitum fuisse.

### LXXXIX.

Præ ceteris autem probissimè intimeq; notandus est locus ce-  
liberrimus S. Cypriani, ē quo luce meridianâ clarissimus est, Papa Ro-  
mani tantam non fuisse auctoritatem in Episcopos exteros, quantam  
sibi his seculis summis. Non vult enim concedere sanctus Martyr, lib. I. ep. 3.  
ut Romam appellant, qui à suis Episcopis auditæ, convicti, damnati  
sunt: æqualem hac in parte potestatem esse Episcorum Africano-  
rum, & Italoru. Id enim ex his ipsis verbis satis clare perspic-  
tur, cum ait: Cum statutum sit omnibus nobis & æquum sit pari-  
te a iustum, ut unius cuiusq; causa illic audiatur, ubi est crimen adm issim, „Cuius  
& singuli pastoribus portio gregis sit asserta, quam regat unus quisque &  
gubernet, rationem sui aëctus domino redditurus, oportet utique e- „titulus:  
os, quibus præsumus, non circumcurfare, nec Episcorum concordiam- „„Cypr.  
coherenter suā subdolā & fallaci temeritate collidere, sed agere illic cau- „„nelio fra-  
sam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis posse, nisi pa- „„tri salutē:  
cias desperatus & perditus, minor videatur esse auctoritas episcorum in „„(obser-  
Africâ constitutorum &c. „„va stylū  
X.C.

Satis equidem novi, S. Cyprianum hac ipsi epistola magno  
honore afficere Petri cathedrali atq; ecclesiam principalem, Vnde V-  
NITAS SACERDOTALIS exorta est. Sed hoc ipsum dico eo  
sensu accipiendum esse, quo vult S. Cyprianus, quod videlicet, Ro-  
mana ecclesia communia episcorum iura obliterare, ac fraternum

## LABYRINTHUS OPINIONUM

in pari potestatis consortio nexus tueri, suumque adeo consensum, cum alijs ecclesiis testari debeat, non vero senium alijs praescribere. Atque id est quod negent Ecclesiae Gallicae, adeoque Papam Concilio tanquam toti membrum coordinant.

### XCI.

Sed redeamus ad dictum Servatoris. Id quod summam aliquam, i.e. Petri successoribus non offerat conseruatè, inter alios Cardinalis cuiusdam docere poterat. Cöstat enim quid ille disputari; Quod omnes promissiones Christi Petrum alloquentis: *Dabo tibi claves &c.*, *Portæ inferorum &c.* rogavi pro te &c. ad ecclesiam universalem, non speciatim ad Petrum, eusvè successorem, sint referenda, maxime cum nonnulli Papæ schismatici & haeretici fuerint: Quod de facto Petrus ipse nullatenus majorem potestatem à Christo accepit, quam ceteri Apostoli, nec ei quicquam dictum, quod peræquè alijs dictum non sit: quippe, qui non minus petra sunt, quam Petrus ipse: ut quod dicitur *super hanc Petram &c.* ad confessionem ejus, non ad personam sit referendum. Proinde cum potestas ligandi & solvendi, omnis jurisdictionis divina sit fundamentum, manifestum est, quod omnes Episcopi, fortasse & omnes Presbyteri quoad juris dictiōnēm, patrem potestatē habent. Restrингitur id postmodum, non quoad executionem, quæ sub certis positivi terminis clauditur, ex jure scilicet humano, sed & additur: quod cessante ejus causâ, cessant etiam omnes majoritatis & minoritatis gradus, ita ut ad jus naturale redundum sit, ad primogeniam utiq; illam aequalitatem. Ita ergo eruditissimus sane Cardinalis & acutissimus in his tabulis perspicere non potuit, quod illi putant omnium oculis illabi, dominium scilicet Papæ absolutum, jure ipsi divino concessum ac promissum.

### CXII.

Legantur acta Concilij Basileensis & comitiorum Moguntinorum, quid nimirum Eugenij IV. tempore candidè à multis prolatum sit, quæ nimirum habentur Matth 16. & Luc 22. *Oravi pro te, Petre &c.* Ecclesiae promitti, non Petro, nedum Papæ. Etenim multos Papas graviter errasse, quorum & exempla producuntur; Ecclesiam, quæ per concilium representatur, omnium fidelium matrem esse,

gr<sup>o</sup>

*Iust. 22.  
y. 22.*

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

proinde & Papæ? unde ab Anzleto & Calixto mater appelletur: Ecclesiæ Christi sponsam, Papam vicarium tantum, vicarium sancè, qui sponsa nunquam superior existere possit: quæ unum corpus cum sponso. Eò nihil facere, quod in ore perpetuum: *Quicquid ligaveris in terrâ*. Hanc enim potestatem Ecclesiæ, non Petro datam, ad ædificationem, non ad destructionem, quæ consequenter Papa tolli possit, si eâ abutatur, qui Ecclesiæ Vicarius tantum, & Oeconomus sit, non igitur Ecclesiæ æqualis, cum Christus Petrum ipsum ad Ecclesiæ ableget, *Dic*, inquit, *Ecclesiæ*. Alio tempore alij observarunt claves cœli quidem hic promitti, non vero CLAVES TERRÆ sive dynastiarum mundi. Unde dilucida n. si vel maxime cœlestium cura sit demandata Pontificibus, terram tamen alio directori commissam.

### XCIII.

Porrò de dicto Joh. 21. *Pasce oves meas* superiorius jam audivimus, illud contra Papam allegari à D. Joh. Corasio Jcto Pontificio. Audiamus præterea, quid alijs visum sit ex hoc dicto Pontificibus regerere. Sic autem Nicolaus de Cusa: Si Petro dictum est: *Pasce oves*, tamen manifestum est, quod illa p[ro]ceptia est verbo & exemplo &c. Et S. Bernh. lib. 2. Confid. Planum est, Apostolis interdictum dominatus. Ergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum. Planum ab alterutro prohiberis. Si utrumque similiter habere voles, perdes utrumque. Plura & illa quidem candorem & Zelum spirantia, passim in illo Patre legi possunt. In primis & Gersonis opera confuli petimus,

### XCIV.

Malumus hac vice Bernhardo præbere aures, qui Eugenium Pontificem masculè corripit, & ex hoc ipso dicto sui admonet officij, p[ro]lam significans, P A S C E N D I verbo non institutum esse aliquem dominatum, luxum & thronum, sed ministerium verbi, de quo gravissima reddenda ratio. Inter hæc tu pastor procedis deauratus aut tam multa circundatus varietate: *oves quid capiunt?* Si auderem dicens: *demonum magis quam Ovium pascua hæc*. Sollicet sic facilitabat Petrus, sic Paulus ludebat? Vides omnem Ecclesiasticum zelum servare solâ dignitate tuenda? Honori totum datur, Sanctoritati nihil aut parum.

" de Cosa  
" cordia  
" cath. l. 20

" Petri  
de Alliaco

Bernh. l. 4.  
Confid. ad  
Eugenium  
Papam.

## LABYRINTHUS OPINIONUM

### XCV.

Legantur, quae toto illo tractatu laudabili fervore S. Bernhardus monet; in primis autem, quomodo PASCENDI officium est verbo Dei explicet. Ita enim habet: Hic hic non parco tibi, ut pareat Deus Pastorem te populo huic certe aut nega aut exhibe. Non negabis: ne cuius sedem tenes, te ne get haeredem. Petrus hic est, qui nescitur processisse aliquando vel geminis ornatus, vel sercenis: non rectus auro, non vectus equo albo, nec stipatus militi, nec circumstrepentibus septus ministris. Absit tamen creditis falso posse implementum salutare mandatum: si amas me, pascere oves meas. In his successisti, non Petro, sed Constantino. Et post pauca: Evangelizare, pascere est. Fac opus Evangelistæ, & PASTORIS OPVS IM PLESTI.

### XCVI.

Hæc S. Bernhardus; qui egregio nos specimine docet. 1. etiam Romanum episcopum posse à malis Consiliarijs & familiaribus suis seduci, ut inexcusabile scandalum præbeat Ecclesiæ. Id eam queritur hoc loco S. Bernhardus accidere; scio, inquit, ubi habitas, in crudelibus & subversoribus sunt tecum. Lupi non oves sunt, talum tamen tu pastor. Virtus consideratio, quæ forte invenieris, quomodo si fieri possit, convertas eos, NE SVBVERTANT TE.

### XCVII.

2. Papæ audacter & in os resistendum esse, & pericula tum fibitum Ecclesiæ impendentia indicanda. Hoc ipsum S. Bernhardus magnâ παρρησίᾳ & fide præstat: AEmulor te emulatione bona, & nisi nam, quam VEHEMENTI, tam utili! & paulò superius; Excurrimus uigilie buc plenius te atq; premissi admonendum putantes, horum que circa te sunt in hac parte. Sed & vehementior est S. Bernhardus in libro de Consideratione tertio.

### XCVIII.

3. Pastoram non esse præfeturam vel Dictaturam aliquam, sed ministerium Evangelij; propterea, cum respondere posset Eugenius Papa, μοχθεῖται suorum hominum incusando: Dracones metuentes pascere, & scorpiones, non oves; respondet S. Bernhardus: Proprietate

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

hoc magis aggredere eos, sed VERBO NON FERRO, Quid tu denuo usurpare gladium censes, quem semel jussus es ponere in vaginam.

X C I IX.

Quibus etiam verbis in aurem Pontifici dicitur, quo Spiritu Videatur sibi applicare debeat dictum salva oris de gladio, geminique gladij Platina & apparatu, non certe, ut Bonifacius VIII. qui se, ut summum Ponifi alij histori- cem, utrumque gladium vibrare posse iniquissimam insolentia praetor de Bonif. sumvit, jus enim gladij Magistraribus politicis immediatè i Deo de. VIII. mandatum esse, tot Christianorum herorum protestationib⁹, in verbo Dei fundatissimis, evictum est; & non semel objectum Pontifici Pasce, non bus, quod non vicarios Christi agant, sed SICARIOS, non pastores, occide. sed impostores, verum ita, ut gladium Petrus sit jussus in vaginam re- condere; cum regnum Christi non sit de hoc mundo, gladio neque acquisitum neque defendendum.

C.

Quanquam enim Bellarmine in honorem Bonifacij VIII. lib. 5. de actis apocryphis querit: excusans illius de utroque gladio jactan- Rom. Pon- tiam (quam in bullâ suâ sesquipedalibus & imperiosis verbis expre- fisc. c. 7. ferat) quod ex Bernardo illum sensum hauserit, satis tamen ē textu, vnam patet, Bernhardum i lī profanis novationibus fuisse alienissimum sanctam suo loco fusiū explicabitur.

C I.

Ad oīnia autem Scripturæ Sanctæ oracula, quibus jus illud superrioritatis astruere ac suffulcire satagunt, pro nobis ipsa historia Ecclesiastica respondeat; quæ luculenter ob oculos illis ponit, justiusmodi ex aliis oīnis oīlū non fundatione vel instituto Christi, sed Conciliorum diuīsōe ac sancto fuisse postulatum.

C II.

Id quod inter alis ē Concilio Carthaginensi seu Africano VI. eni B. Augustinus interfuit, Sole meridiano clarius effulsurum arbitror. Quo nomine omnes veritatis studiosos, siveque salutis cupidos per officios ē rogo, ut Acta illa non desultoriē, sed intimē recognoscant, at que judicium deinde ferant, num Pontifex Romanus suam auctoritatem ē scripturis, an potius ē Niceno Concilio asserere vel voluerit vel potuerit.

E. 3

Res

## LABYRINTHUS OPINIONUM

### CIII.

Res ita se habet: Cogebatur concilium CCXVII. Episcoporum (ne dicamus de Presbytero) ubi cum Aurelius Papa (non Papa Romanus, cuius hoc tempore alius etiam competebat, sed Episcopus Carthaginensis) initio dicendi factō à gratiarum actione propositionem ipsam seu causam conventus adducit, videlicet, in medium jam proferenda exemplaria Niceni Concilii; ab universo Concilio dictum est: proferantur.

### CIV.

Itaque recitatis per Daniellem Notarium Niceni concilii statutis, Faustinus, Episcopus plebis Potentiae (provincia Italie Picenae legatus Romanae Ecclesie, (NB. Non erat preses concilij, loco Episcopi Romani,) suum incipit urgere negotium, sue legationis summam, & primitus, si ita placeat beatitudini Episcoporum congregatorum (ita loqui solebant de Episcopis) istam expediendam cupit. Cumq[ue] aurelius Episcopus veniam legendi fecisset, Daniel Notarius commonitorium legatis Papæ tractandum è schedâ recitat: Illud de verbo ad verbum huc referre placet, ut putescat liquidò, quoniam fundamento primatum paterit Romanus Episcopus & quam falsò se retulerit ad canonem aliquem Niceni Concilij.

### CV.

Sic ergò habet commonitorium: *Zoxinus Episcopus: Vobis commissa negotia non latent, vos ita, ut nostra, inquit quia nostra ibi in vobis praesentia est, cuncta peragite maxime, cum & hec nostrum positus habere mandatum,* &  
Verba Canonum, que in pleniorum firmitate, huic commonitorio inseruntur.  
Ita enim dixerunt (dilectissimi fratres) in concilio Niceno, cum de Episcoporum appellatione decernerent. Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverit congregatis Episcopi regionis ipsius & de gradu suo dejecterint eum, & appellasse Episcopum videatur, & consigeret ad beatissimum Ecclesie Romanae Episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renotetur examen, scribere hic Episcopus dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant & juxta fidem veritatem omnino definitant. Quod si u, qui rogar, causam suam iterum audiri depreciatione sua inoverit Episcopum Romanum, ut è latero suo presbiterum mittat, erit in postestate Episcopi Romani, quid velis & quid existimet. Et si decreverit mut-

sendos

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

tendos eos, qui praesentes eum Episcopis judicent, habentes autoritatem ejus, & quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

### C VI.

Hoc praelecto Alypius Episcopus Togastensis responderet, servaturos esse, quod in Niceno Concilio scriptum, ut superiorib⁹ literis concilii rescriperint: Verum enim verò nondum probatum esse, quod in concilio Niceno unquam potestas illa Papæ Romanae concessa fuit: Ad huc tamen me moveat, inquit, quoniam cum inspiceremus grāca exemplaria hujus synodi Nicenæ, ista ibi, nescio quā ratione, minime invenimus. Unde petimus Venerationem tuam, sancte Papa Aurelii, ut quia hoc authenticum Concilium Nicenum in urbe dicitur esse Constantinopolitanum, aliquos cum scriptis tue sanctitatis mettere digneris, ut non solum ad ipsum Sanctum Patrem nostrum, Constantinopolitanum Episcopum, sed etiam ad Alexandrinum, & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis Concilium sub stipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur, quia nos ita, ut Frater Faustinus attulit, minime invenimus.

### C VII.

Quid Faustinus? strenue quidem agere vult causam Romani Episcopi, nihil tamen amplius petit, quam ut ad sanctum & beatissimum Papam scribant congregati hoc in concilio Episcopi, ut & ipse integros Canones inquirens cum patribus concilij hujus de omnibus Constitutis tractare possit (Ex hoc ergo patet, Papam non exclusis alijs Episcopis posse definire, qui quid visum fuerit: id quod ipsum non licere ex Canonicis etiam Apostolorum patet) quā in re consensum impetrat. Tum Novatus Episcopus iterum aliquid monet, quod in Concilio Niceno inveniri negat. Et Augustinus Ecclesię Hipponis Regiensis Episcopus, legatus provinciæ Numidiæ, dixit: Et hoc nos servaturos profitemur, salvā diligentiori inquisitione Niceni Concilij.

### C IX.

Quid fit? Perscribunt Patres Concilij ad Bonifacium urbis Romæ episcopum (hunc enim titulum habet Ἐπίσκοπος neque nominat illum Vicarium Christi, episcopum universalem, sed Dominum beatissimum & honorabilem fratrem Bonifacium) quid verò ab

## LABYRINTHUS OPINIONUM.

ab ipso petant, ex his formalibus satis intelligi potest, quæ inter alia  
habent:

### CX.

Quamvis enim plurimos codices legeremus, sed nunquam in Niceno  
Concilio, in latinis codicibus legitimus, quemadmodum in supra dicto com-  
monitorio inde directa sunt. Tum quia hic in nullo codice Graico ea po-  
tuimus invenire, ex orientalibus Ecclesiæ, ubi perhibentur eadem de-  
creta posse etiam authenticæ speriri, magis nobis desideremus affer-  
ri. Pro qua re tuam quoq; venerationem obsecramus, ut scribere et-  
iam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est Ecclesiæ  
Antiochenæ Alexandrinæ & Constantinopolitanæ. Et si alijs etiam  
tuæ placuerit sanctitati, ut inde ad nos ejdem Canones apud Nuam civi-  
tatem à Patribus constituti reniant. Te potissimum hoc beneficium cum-  
etis occidentalibus Ecclesijs in Domini adjutorio conferente.

### CXI.

Ut Compendium faciam relationis, Perspectis summâ industria  
exemplaribus, vident Patres, inique secum agi, & jugum adeò illud  
hoc rescripto declinabant: Nam & si de inferioribus clericis vel lai-  
cis videtur ibi præcaveri; quanto magis hoc de Episcopis voluit ob-  
servari? ne in sua provinciâ communione suspensiâ tuâ sanctitate  
Papam, præproperè, vel indebet videantur communioni restituti. Presby-  
terorum quoq; & sequentium clericorum improba refugia, sicut te  
dignum est repellat sanctitas tua, quia & nulla Patrum definitione  
hoc Ecclesiæ derogatum est Aphricanæ & decreta Nicena sive inferio-  
rum gradus clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitani apostolice commis-  
serunt. Prudentissime enim, justissimeque viderunt, quæcunq; negotia  
in suis locis ubi orta sunt, finienda nec unicuique provincia gra-  
tiam Sancti Spiritus defutaram: quæ equitas à Christi sacerdotibus  
& prudenter videatur & constantissime teneatur: maximè, quia  
unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad  
concilia sive provinciae, vel etiam inter se proponere. Nisi forte quisquam  
est, qui credar uniculibet posse Deum nostrum examinis inspirare  
justiciam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerde-  
tibus

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

ribus denegare aut quomodo ipsum transmarinum judicium ratum erit,  
ad quod testium necessariae personae vel propter sexus vel propter senectutis infirmitatem vel multis alijs impedimentis adduci non poterunt? Nam ut aliqui  
tanquam à tuæ sanctitatis latere mittantur, nullâ invenimus patrum Synodo constitutum.

### CXII.

Hæc qui legit intelligat. Nam per amorem veritatis omnes  
rogo, an non satis expressis conceptisq; verbis protestatio hic fiat  
contra universalem Episcopi Romani è Phœnæv; Quid verò opus  
tot annorum disquisitionibus? et legationibus? si vel Pontifex vel  
legati, vel Augustinus vel alij fuissent in hac opinione, LEGIBUS  
DIVINIS, dictis nimis superius citatis, competere Pontifici Re-  
mano jurisdictionem in omnes Episcopos.

### CXIII.

Et quæ in plane sua vineta cecidit Pontifex Romanus, dum ad  
Niceni Concilij statuta judicarias partes retulit? In illo enim contra-  
rium disponitur, quod videlicet in suburbicarijs Ecclesijs genera-  
lem Superintendentiam exercere debeat Romanus Episcopus, sicut  
in alijs districtibus alij.

### CXIV.

Porrò si neque è Phœnæv aliquam & primatum ordinis conce-  
dere voluerunt Romano Episcopo, si contra appellationis forum  
protestati sunt, quid quo dicturi fuissent orthodxi ac sinceri Pa-  
tres, si dispositionem de BONIS ECCLESIASTICIS in Africâ sibi  
vendicasset? si investituram & PALLIUM EPISCOPALE?

### CXV.

Immò quo animo laturi fuissent devotissimi Patres, constan-  
tissimi atque acerrimi Veritatis vindices, si sibi soli id est, sive cum  
conilio definiti, sive absq; concilio potestatem sumisset decidendi  
controversias FIDEI: adeoque libera fratrum vota non putaverit  
esse necessaria? quod ipse statuerit, illud omnibus amplectendum:  
Sanè ex omnibus Actis appetit, illos tam intolerabile jugum CON-  
SCIENTIARUM minimè admisuros fuisse.

F

Quod

## L A B Y R I N T H U S O P I N I O N U M

### C X V I .

Quod si Africani causis satis urgentibus edocent, incommodum, iniquum, novum & periculosum esse, processum appellatōnis, quo ē tam dissitis locis Romam citari debeant litigatores atque testes, qui senio, morbis vel alijs obstaculis perpetuum justa absentia veniam facilem impetrant; quid de Antipodum Ecclesijs, causisq; Ecclesiasticis, censendum putamus? illinē à foro Curiæ Romanæ pendere debeant, Africanis longe vicinioribus justè ob itineris longinquitatem excusat? An nondum vident, aliam suisse rationem Pontificis in populo Hebræo, quād Ephori alicujus universalissimi per totum orbem?

### C X V I I .

*I. 3. de con.* Appellationum abusum & rationibus & exemplis gravissimè fider. *ad* præstringit Bernhardus, palam testatus, aliquos maluisse renunciare *Eugenium*. *Si o juri, quād L O N G O E T C A S S O I T I N E R E F A T I G A R I* ac mirum esse omnes appellantes justos, & appellatos esse inventos reos, (id est, qui Romanam appellant, facile invenire ibi favorem, ob confirmatum scilicet jus appellationis novo hoc actu; qui verò appellatione ista accusantur, premi statim præjudicijs) meminit quoque expensarum quæ ab hoc itinere multos retrahant, qui propterea causam malint deserere. Ita enim sonant verba S. Bernhardi: *Vide supra* *Dicitus Gregorij VII.* *Quem das mihi in tam crebris appellationibus, que hodie sunt, qui pro expensis itineru vel numnum restiterit illi, quem forte appellavit?* Hæc & alia magni ponderis illo in loco S. Bernhardus. Et tamen toti orbi volunt quasi fascino præstringere oculos, hæc & alia jura Cathedræ Romanæ à sapientissimo fidei nostræ magistro profecta esse.

### C X I X .

Sed satis hæc de Concilio Africano, ē quo, ut strictim repetam, ad oculum patescit 1. Episcopos noluisse fidem habere Pontifici vel legatis, antequam ex Actis Concilij probatum dederint, quod absurunt. 2. non agnovisse auctoritatem Pontificis majorem esse Concilio; cur enim eam ē Nicenā demum Synodo petere opus fuisset? & quād impie dixissent: *Servabim⁹ illa (qua poscit Pontifex) salva diligētore inquisitione Nic. Concilij?* 3. Communicata quidem suisse constituta cum

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

cum Episcopo Romano, sed non expectatum ipsius suffragium; notum saltem illi factum esse, quid constitutum sit, & rogatum, ut suo in loco fraternitatis vinculum servet.

### CXIX.

4. Allegatas esse gravissimas facti rationes; quæ ex mente istorum Patrum sic formari colligique possunt, quod postulatum Episcopi Romani novum sit, à Concilio Niceno alienum, typho aliqui seu insolentia simile, quod Spiritus Sancti dona non velit esse libera, & in Africanas etiam Ecclesias diffusa; quod actus judiciales foro tam remoto exercere sit *κητῶν ἀδυνάτων*; quod si ad tollenda itinerum incommoda Pontifex per commissarios agere velit, nullā hoc synodo sanctum vel constitutum sit. Ubi hic, *Ties Petrus, Passe oves, Ecce duo gladij?*

### CXX.

Pergendum jam fuerat ad reliquos in hac area abstractus, ubi & hic se campus offerebat: An videlicet Ecclesia carere possit Romano Papâ? five, an per solos Episcopos regi possit Ecclesia? Quām facile enim probatum dari potest, politiam Israeliticam carere potuisse regem; summam administrationis penes Judices, Samuelē & prædecessores posita; quos singulari duetu Deus ipse, Dominus politiæ illius, singulari modo proprius ac directus, gubernabat, tam facili demonstratio est, Episcopis, solis, sine Monarchia auctoritate, regi potuisse Ecclesiam.

### CXXI.

Adduci poterant 1. rationes Ecclesiæ ante Mosen, atque constitutionem sacerdotii Aaronici. 2. typum Pontificis summi, jam in Christo impletum, nec sacerdotii translationem ultra fieri. 3. ipso Petri tempore nullum fuisse, qui sine concilio definierit. 4. Petrum non superiorem sed parem fuisse singulis, minorem omnibus, ac à reliquis missum; non misisse reliquos. 5. manere sine Pontifice tum *Epk. 2. 20.* primarium Ecclesiæ fundamentum, Christum, tum secundaria, Prophetas scilicet & Apostolos.

### CXXII.

6. Canones Apostolorum formas regiminis describere per Episcopos.

F 2.

## LABYRINTHUS OPINIONUM

Canon A.  
postolicus.

Eph. 4.  
13.12.

scopos non per supremum aliquem Dictatorem. 7: Ordinari posse Episcopos à duobus aut tribus episcopis ( scilicet vicinis, non petitio palio Româ,) 8. canonem tricesimum tertium ( presupponimus jam Canones illos esse Apostolicos) aperte refragari hypothesisibus Romani Pontificis. 9. posse sine Papâ convocari concilia, mitticomuni consilio Episcoporum (ut praxis Apostolica docet.) qui convertant gentes, indici serias, benedici Regibus ac Imperatoribus, aliaque officia peragi. 10. ab Apostolo enumerati ordines in Ecclesiâ, Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, capitis vero super hos omnes constitueri, præter Christum nullam mentionem fieri &c.

### CXXXIII.

Sed placet audire, quid hac de re in ipso Papatu arbitrati sint. Lutetiae in Collegio Sorbonico susse legitur Theologus. Iohannes Gigencurrius, qui ad postulata regis Caroli VI. afferuerit, Ecclesiam Catholicam facile Papâ IN PERPETUVM caritutam memorante è Monst. l.1.c. 30. 43. 52. Trosser. d. lib. 4. cap. 58. 91. 120. & lib. 2. c. 35. lib. 3. c. 46. Antonio Benbellonâ.

### CXXXIV.

Et alias scriptor Pontificius sic procedit: *Istine vero indutimus hunc fideli articulum, credo unam sanctam Ecclesiam Catholicam, esse veritatem sempiternam: propterea quod legi Evangelica sunt, Christus divortium cum Ecclesia sponsa facere non potest: quoae æmblemo & ministeriali capite Romano Pontifice afferi non debet, quem, saltem ad tempus, adesse & abesse videamus sine Ecclesia interitu: nam conperitum est sedem apostolicam aliquando.* Affirm. id tres, aliquando septem annos vacasse: siquidem præceptum, de habendo Pontifice, affirmativum non negativum est.

### CXXXV.

Postea respondet ad thesin (Igitur etiam Ecclesia nequit subsistere sine Papâ) his verbis: *Quasi vero Romanus Pontifex essentiale & primarium, non secundarium & ministeriale caput Ecclesie esset: unde præceptum habendi Pontificis, ad semper non pro semper obligat, ut loquuntur scholastici.* Sed hic ob temporis angustianæ reflectendi pedes, ad Labyrinthum suo tempore redituri. Fauxit Deus, ut veritati paliam demus, & Canonem verbi sequamur.

Quod

DE POTESTATE ROM. EPISC.

Quod si cuiquam volupe est (cui forsan disputationes subiecatur ad manus non pertinent) Labyrinthi residuos mæandrosemminus quasi prospicere; is observet, quam varie defatigentur errationibus dubiis circa potestatam Pontificis temporalem; quam sibi vendicat.

1. In personas secularium, Regum, Principum

& aliorum:

An principis habeant suam eminentiam, & jus gladij, à Papâ, non immediatè à Deo?

An Imperator Romanus à Papâ Imperium accipiat & coronari vel certè confirmationem, an non potius ab Electoribus, etiam sine confirmatione Pape?

An non potius Imperator confirmet Pontificem?

An Pape potius resignatio imperii, sifit, facienda sit, quam E. lectoribus?

An iuramentum fidelitatis ab Imperatoribus exigere potuerint Pontifices?

An Papa possit deponere Cesarem vel alios Imperiorum regnum principes?

An non potius Imperator jure deponere possit Papam, in casu variorum sua potestatis abusuum?

An à Pontifice summo, in modo à Clerico quovis, nullum possit committi lese Majestatis secularis crimen, et quod sint sub nulla seculari Majestate?

Exemtio clericorum an juris sit divini ac immutabilis?

An Electorum Collegium sacro sanctum sit à Pontifice Romano institutum?

An Pontifex ut successor Petri gerat utrumq. gladium?

An Pontificis ut vicarii Christi regnum constituat Monarchiam quintam; quatuor antegressis succedaneam?

An vacante Imperij throno summa Jurisdictionis esse debeat penes Pontificem, an penes Electores vicarios?

## LABYRINTHUS OPINIONUM

2. In bona corundem...

An dominium in temporalia bona directe, ac jure divino, competit Romano Pontifici?

Utrum senior, mitior ac minus periculosa sit illa sententia, quod non quidem directe, attamen indirecte, Papa sit dominus omnium bonorum temporalium & an potius in effectu eodem recidat?

An nondum ab Ecclesia definitum sit, quanta sit potestas Pontificis in bona temporalia?

An omnia Christianorum tantum bona sint. Romani Pontificis & an simpliciter omnia totius mundi?

An in specie Imperium Romanum sit feudum Romani Pontificis?

An ille imperium transulerit a Gracis ad Germanos?

An Germanis auferre, & Gracis postliminiò restituere possit?

Quae & quanta sint provinciae Pontificis Romani proprio domino subjectae? & an sufficienter curia Romana, an vero olim auggustiores fuerint ejus opes?

An illa dominia ex Constantini donatione profluxerint? & quid id neget, an Cruce & igne tollendus?

An si facta sit, debuisset a Pontifice, resignato vel alijs Commissari docendi munere, acceptari?

An non tam donatio fuerit, quam restitutio ejus, quod per se erat Pontificis?

An regna Hispanie, Gallie, Angliae aliaq. non pauca certo sibi vendicare possit titulo, prætensionibus illius juri divino, non respondentibus?

An regna Indianorum possit in Emphyteusis regibus distribuere?

An bona Ecclesiastica per universum orbem Christianum sunt summi Pontificis? an vero illorum, quibus externum Ecclesiasticum regimen, in defensione religionis, templorum, scholarum.

## DE POTESTATE ROM. EPISC.

rum, in conservatione familiarum nobilium, in curâ pauperum; hospitiorum, alijsq; juribus commissum est?  
Quenam sint libertates Ecclesiastarum Gallicarum, & similia?

### 3. In Actiones.

An ad Pontificem appellari possit à judicio Imperatoris, etiam e Camerâ Imperij?

An pacem religionis vel impedire possit Pontifex, vel datam tollere?

An hereticorum interfectionem, non obstante vel salvo conductu, vel religionis libertate, possit imperare Pontifex?

An compactata Magistratus & subditorum rescindere, hisq; ab obedientia vinculo solvere possit?

An Pontifex, non obstante suspensione Iurisdictionis in nostras Ecclesias possit Augustana Confessionis affectas excommunicare; status alicujus reformationem, Episcopi & Capituli consensu factam, impedire, pallij petitionem exigere; causarumq; Ecclesiasticarum statuum Imperij judex esse?

Cujusnam sit Calendariorum formas prescribere? Concilia convocare? Et c.

Hæc omnia & cognata quæcunq; cum non sint merè politica, sed conscientias Christianorum tangant, & ex Dei verbo, tabulis nimirum illis, quibus jus Status Ecclesiastici atque Politici sic fundatum est, ut pius animus tutu acquiescere possit, ventilari debeant; copiosè, si tempus & instituti ratio permisisset, excuti poterant.

Et quanta ulterius spacia patent DE POTESTATE  
PONTIFICIS IN SPIRITALIBVS?

### I. Quoad Personas:

An potestas, saltem ordinis, sine contradictione solenni concessa semper fuerit Pontificis

An

## LABYRINTHUS OPINIONUM

An potestas Pontificis extendatur, ut angelis imperare possit?  
An Sanctos Canonisare possit, recteque novos Ecclesie sanctos sapienter promulget?

An S. Norberti eadem fides fuerit de Antichristo que hodie Romana Ecclesia? Legature ep. S. Bernh. 56. ad Gaufridum Carnotensem episcopum.

### 2. quoad bona merita spiritualia, FIDEM, & SACRAMENTA.

An decisiones questionum fidei sint reservatae Romano Pontifici, sive solus definit, sive cum concilio?

An non sit Concilio inferior Papa et à Concilio citandus et judicandus per sententiam abdicandus?

An Canonisare potuerint Pontifices Conformatates Francisci, & istius Spiritus libros?

An praedecessorum circa fidem statuta possit abrogare Pontifices?

An articulm fidei condere possit, qui ante a non fuit?

An epistolas scribere authenticas?

An conciliorum Canones corrigerem ac mutare?

An conscientijs imperare possit?

Aud Sacramenti aliquam parte possit arcere Laicos, at toto matrimonio Clericos?

### 3. quoad actiones.

An excommunicare ita possit princeps, ut, necessario nexo sequatur abdication dominij subditorum à juramento solutio, &c.


An Orientales & transmarinos aliosq; Episcopos ordinariant Pontifices Romanis?

An pallium semper à Pontifice petierint Archiepiscopi, & quidem insigni pecuniae summa numeranda?

Sed haec pertractandi occasionem suo tempore largitur Deus; cui honor in seculum.

A M E N.









Elenchus Contentorum.

- Balthasaris Meistri Disputatio Theologica de normâ fidei. Wittib. 1623.  
 Job. Ternovii Dsp. Theol. De deo frivolo. Rostobi. 1624.  
 Faceti Martini Dsp. de primo creationis tubo.  
 Job. Gottmanni Dsp. Theol. universaria epibus brevissimam vestitionem sex tritennium ex cap.  
 3. Gen. deumtorum. Rostobi. 1627.  
 Valentini Legdei Dsp. Theol. de imagine dei in domine ante lapsum. Rostobi.  
 Bartolomei Battii Dsp. Theol. de mysterio unionis hypostaticae & cariss. naturarum in christo. Gry.  
 phirwaldia. 1624.  
 Job. Gerhardi consideratio secundum decursum, qby defensio amplioribus frondere vixit, ut à  
 Lütkeni doctrinae lectione facias. Zena. 1625.  
 Pauli Slovostii Disp. Philosophica de visione dei scit in se E. Gen. 1625.  
 Job. Ternovii Dsp. de aeterna predestinatione hominum in filio pietatis cuncte ad finem dñi vite  
 perseverantium. Rostobi. 1626.  
 Job. Chieren Harmonia Evangelistarum secundum parchata et itinera domini. Som. 1627.  
 Thidir admonitio de religione papistica tristis et letterarum confiteretur refectione. 20 Hebr. 1628.  
 Pauli Robeni Denuo tractat ostendens religionis Pontificis Lubricitatem, incertitudinem et  
 vanitatem. Wittib. 1629.  
 Job. Müllermann Dsp. A. orationis contra necessitatem confunditoris Evangelicorum confessionis Papa  
 tis. Wittib. 1630.  
 Wilhelmi Syreni prudenda pontificis minima. Poltostria. 20 Hebr. 1631.  
 Job. Schenki decudis Politicus, in quo obviunt, Pontificis Politicus hypothese fovere, qby in  
 iuriam infungunt tam Iacobo Anglio Romano, quam saeculo IIII. Wittib. 1632.  
 Pauli Robeni ~~adversarii~~ tractate homini episcop. Wittib. 1633.  
 Ei. Oratio parergonica de causis tot tumultuum. Wittib. 1637.  
 Wenceslai Altwaffen eratis resolutio. obnua. 1638.

ULB Halle  
004 053 834



3

Sb.

V3 Retro  
V3 17

701

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



### Farbkarte #13

